p̄transibit gladius. ut reuelent; ex mul-
tis cordib; cogitationes. Et erat anna r
pphetissa filia phanuel. de tribu aser. Hec
p̄cellerat in dieb; multis. r uixerat cum

uiro suo annis septē a uirginitate sua. Et
 hec uidua erat usq; ad annos octoginta
 quatuor. que nō discedebat de templo ie-
 iunys et oronib; seruiens deo die ac no-
 cte. Et hec ipa hora supueniens confiteba-
 tur dño. et loquebatur de illo omib; qui
 expectabant redemptionē isrl. Et ut pfe-
 cerunt oīa scdm legem dñi. reuisi sūt in
 galileam in ciuitatē suā nazareth. Puer
 aut crescebat et confortabat̄ plenus sapia.
 Et grā dei erat nū illo. **D**eus enī fir. **offer**
 mauit orbem t̄re qui nō amouebit̄ pata sedes.
 tua d̄s ex tūc a seculo tu es. **Q**oncede **secret**
 quīs om̄ps d̄s ut oculis tue maiestatis
 munus oblatū. et grām nobis pie deuo-
 tionis obtineat. et effectū beate phenni-
 tatis acquirat. **P.** **T**olle puerū et matrē **con**
 eius et uate in tram iuda defuncti sunt enī qui
 querebant aiām pueri. **P**er huius dñe **expln.**
 opationē misterū et uicia nra purgent̄ et
 iusta desideria compleant. **P.** **In sc̄i Siluest**
tri ipe et f. Sacerdotes tui **oro** Da q̄s ope d̄s Et
fit em̄o. de octis epla Testificoꝝ corā deo. **gr̄**
Ecce factos. Alla Inueni d̄s **cūm.** Sint lumibi.
offr̄ Inueni d̄s **cō** H̄s seru. **R̄** oīa in cōi. **et. pont.**
Si festū sc̄i siluestri in dñica uenit. officiū
fit de eo et em̄o. de dñica et de octis. In octā.

natuuitatis dñi Introitus Puer natus xiiij. oño

Deus qui salutis etne beate marie uir-
ginitate fecunda huano genu p̄mia
p̄stitisti tribue q̄s. ut ip̄az p̄ nobis intercede
sentiam. p̄ quā meruimus auctore uite su-
scipere. *Dñm n. i. x. Et nõ fit aliq̄ ameo nisi*

tñ de sc̄o basilio ^{ep̄o.} f. et de sc̄a martina v. epla

Apparuit grā dei saluatoris nri. xi. gr̄. Vi-

derunt om̄s. Alla v̄ Multipharie multisq̄ modi

olum d̄s loq̄ns p̄nbz in p̄phetis nouissime diebz

istis locutus e nobis in filio suo. Sc̄dm lucam

in illo f. postq̄m sumati sunt dies octo

ut circumcidet̄ puer. uocatu est nome ei

ihc. Quod uocatu est ab angelo. p̄uisq̄

in utero sc̄ipere. off. Qui sunt celi xiiij. sc̄e

Muneribz nris dñe q̄s p̄tabusq̄ susce-

ptis. et celestibz nos m̄da m̄sterijs. et cle-

ment exaudi. p̄. com̄. uiderut om̄s fines epl.

Hec nos com̄unio dñe purget a crimie.

et infcedente beata dei genitrice maria. ce-

lestis remedij faciat esse et sortis. p̄. In oct.

sc̄i stephani totu officiu misse d̄ sic in die

p̄ter oñoz p̄ma que d̄ Om̄ps sempit̄ d̄s.

qui p̄micias. R̄. p̄ offm̄ sc̄i stephi. Et fit co-

m̄oratio de sc̄o ioh̄e et de innocentibz. In

Octa f. ioh̄is offm̄ misse d̄ sic in festo ei

p̄ma oño de die sc̄da de innocentibz. tertia

Dis qui salutis etne **In octa scōr Innocentiū**
 officiū misse dī sic in die excepto q̄ Glia ī ex.
 et Alla et Ite missa ē dī p̄ma oīo de die scda **D**s
 qui salutis etne **tcia Ecclie tue. cc. lvi.**

In uigilia epyphanie fit totū officiū misse
 de dñica p̄ter q̄ dī de uigil. Defuncto herode

Introitus Dū mediū silentiū **xix. p ordinē p̄ma**
 oīo de dñica scda **D**s qui salutis etne **tcia**
 Ecclie tue **cc. lvi.** **Scdm Mathxum**

In illo t̄. Defuncto herode. ecce angelus
 dñi apparuit in somnis ioseph ī egypto
 dicens. Surge. ⁊ accipe puerum ⁊ matrem
 eius. ⁊ uade in tram isrl. Defuncti sunt
 enī qui querebant aiām pueri. Qui sur-
 gens accepit puerū ⁊ matrē eius. ⁊ uēit
 in tram isrl. Audiens aut q̄ archelaus
 regnaret in iudea p̄ herode p̄re suo. timuit
 illo ire. Et admonitus in somnis. seces-
 sit in ptes galilee. Et ueniens hitauit in
 ciuitate que uocat nazareth. ut adimple-
 tur quod dictū est p̄ p̄phas. quoz nazare-
 us uocabitur. **In Epyphania dñi Introit?**

Ecce aduenit dñator dñs ⁊ regnū
 in manu eius ⁊ ptas ⁊ impiū **v.**
Ds iudiciū tuū regi da ⁊ iustici-
 am tuā filio regis. **Glia p̄a. oīo**
Deus qui hodierna die

Unigenitū tuū gentib; stella duce reuela-
sti: concede propicius. ut qui te iam ex fide
cognouimus. usq; ad contemplanđā spem
tue celsitudinis pducam. **P**er **ysaie pphē**
Surge illuminare ierlm quia uenit lu-
men tuū: et glia dñi sup te orta ē. Quā
ecce tenebre opient terram: et caligo populos.
Sup te autē oriet dñs: et glia eius in te ui-
debitur. Et ambulabunt gentes in lumi-
ne tuo. et reges in splendore ortus tui. Le-
ua in cœlitū oculos tuos et uide. Omnes
isti congregati sunt uenerūt tibi. Filij tui
de longe uenient: et filie tue de latere sur-
gent. Tunc uidebis et afflues: et mirabitur
et dilatabitur cor tuū: quāto rīsa fuit ad te
multitudo maris: fortitudo gentiū uene-
rit tibi. Inundatio cameloz opiet te. Dro-
medarij madian et epha. Omnes saba
uenient. aurū et thus deferentes: et laudē
dño annūciantes. Omnes te saba ue-
nient aurū et thus deferentes et laudē dño an-
nūciantes. **S**urge et illuminare ierlm quā glia
dñi sup te orta ē. **Alla.** Vidim' stellā eius i
oriēte et uenim' cū munib; adorare dñm. **Sin**
Quoniam natus esset ihc in beth **matheū.**
Bethlem iude. in dieb; herodis regis.
ecce magi ab oriente uenerūt ierlm a di-

centes. **U**bi est qui natus est rex iudeorum?
Vidimus enim stellam eius in oriente: et
 uenimus adorare eum. **A**udiens autem herodes
 rex turbatus est: et omnis iherosolima cum illo.
 Et congregans omnes principes sacerdo-
 tum et scribas populi. sciscitabat ab eis ubi
 christus nasceretur. **A**t illi dixerunt ei. In bethle-
 hem iude. **S**ic enim scriptum est per prophetas. **E**t
 tu bethlehem terra iuda: nequaquam minima es
 in principibus iuda. **E**x te enim exiet dux:
 qui regat populum meum israel. **T**unc herodes
 clam uocatis magis. diligentius didicit ab
 eis tempus stelle que apparuit eis. **E**t
 mittens illos in bethlehem dixit. **I**te et
 interrogate diligentius de puero: et cum inue-
 neritis renunciate michi: ut et ego ueniens
 adorem eum. **Q**ui cum audissent regem abie-
 runt. **E**t ecce stella quam uiderant in orien-
 te antecedebat eos: usque dum ueniens staret
 super ubi erat puer. **V**identes autem stellam:
 gauisi sunt gaudio magno ualde. **E**t in-
 trantes domum: inuenerunt puerum cum
 maria matre eius. **E**t prostrantes adorauerunt
 eum. **E**t aptis thesauris suis: obtulerunt
 ei munera aurum thus et mirram. **E**t
 responso accepto in somnis ne redirent
 ad herodem: per aliam uiam reuersi sunt in re-

// cum muneribus //

gionē suam. **R**eges tharsis et insule offer-
munia offerent reges arabū et saba dona addu-
cent et adorabunt eū omnes reges terre omnes
gentes seruient ei. **E**cclie tue q̄s dñe **sec̄**
dona ppicius intuerē quibz nō iam au-
rum thus et mirra p̄fert. s; q̄s eisdem
munibz declarat ymolat et sumit. **Per.**
p̄faco Etne d̄s. Quia cū vnigenit̄ **infra**
actioē; **C**omunicantes et diem sanctissimū
celebrantes. **V**idimus stellam eius in **cōm**
oriēte et uenim̄ cū munibz adorare dñm. **expln.**
Et dñr p̄ octāz; **P**ra q̄s om̄p̄ d̄s. ut q̄
solenni celebramus officio. purificate
mentis intelligentia et sequam̄. **P.** **Infra**
octāz ephie fit idem officiu q̄ in die et post
oro; diei dñr orōnes **D̄s** qui salutis et
Ecclie tue. **D**e festiuitatibz uō que infra
octāz ueniūt nichil tūc agit. s; pacta octā
fit festū sc̄i yginij p̄p̄e et m̄ris cum amēone
sc̄i pauli p̄mi heremite. **S**eq̄nti uō die fit
festū sc̄i felicitis p̄bri et m̄ris cū amōe sc̄i
mauri abbis nisi festū amēonis ueniat
in dñica. et deinceps reliqua festa celebūt.
In excelso throno **D**ñica infra octāz ephie.
uidi sedere uirū quē adorat multitudo angelo-
rum psallentes in vnū ecce tuū imperij nomē
est in etnū. **V.** **J**ubilate deo oīs terra seruite dño
in leticia

Vota quesū? dñe supplicatis oratio
 ppli celesti pietate psequere. ut et
 que agenda sunt uideant. et adimplen-
 da que uiderint ualeant. **P. ad roma-**

Res. **O**bscuro uos p miaz dei nos.
 ut exhibeatis corpa ura hostiam ui-
 uentem sancta deo placentē rationabi-
 le obsequiū urm. **E**t nolite reformari et
 huic seculo. s; reformamini in nouitate
 sensus urī. ut pbetis que sit uoluntas
 dei bona. et beneplacens. et pfecta. **D**ico
 enī p grām que data est michi. oībz q
 sunt int uos. nō plus sapere q̄ oportet
 sapere. s; sapere ad sobrietatem. **E**t unī-
 cuiq; sicut deus diuisit mensuras fidei.
Sicut enī in vno corpe multa membra
 habemus. oīa autē membra nō eundem
 actū habent. ita multi vni corpus sumus
 in xpo. singuli autē alter alterius mēbra.
In xpo ihu dño nro. **B**enedictus dñs gr̄
 deus isrl qui facis mirabilia magna solus a se-
 culo. **S**uscipiant montes pacem pplo tuo et
 colles iusticiam. **A**lla **S.** jubilate deo oīs terra
 seruite dño in leticia. **Secundum Lucam**
Quoniam factus est ihc̄ duodeci annor.
 ascendenti bz illis ierimā scdm cō-
 suetudinē diei festi consumatisq; die-

In illo

bus cum redirent remansit puer ih̄c in
ierlm̄. ⁊ nō cognouerūt parentes eius. Exi-
stimantes autēz illū esse in comitatu uene-
runt iter diei ⁊ requirebant eū int̄ cogna-
tos et notos. Et nō inuenientes: regressi
sunt in ierlm̄ requirentes eū. Et factū est
post tridū inuenerūt illum in templo se-
dentē in medio doctorū: audientē illos ⁊ int̄-
rogantē. Stupebant autē omnes qui eū
audiebant. sup̄ prudentiā ⁊ responsis eius.
Et uidentes admirati sunt. Et dixit mat̄
eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic?
Ecce p̄r tuus ⁊ ego dolentes querebam⁹ te.
Et ait ad illos. Quid ē q̄ me querebatis?
Nesciebatis quia in hys que p̄r̄s mei s̄t
oportet me esse. Et ip̄i nō intellexiunt uer-
bum qd̄ locutus ē ad illos. Et descendit
cū eis ⁊ uenit nazareth. ⁊ erat subditus
illis. Et mat̄ eius ⁊ seruabat oīa uerba hec:
⁊ ferens in corde suo. Et ih̄c ꝑficiebat sapi-
entia ⁊ etate ⁊ gr̄a apud deum ⁊ hoīes. *off.*

Iubilate deo oīs t̄ra iubilate deo oīs t̄ra seruite
dño in leticia intrate in conspectu eius in exulta-
tione quia dñs ip̄e est d̄s **O**blatū tibi *lect̄*
dñe sacrificiū uiuificet nos semp ⁊ muni-
at. *p̄.* **F**ili quid fecisti nob̄ sic ego ⁊ p̄r tuus do-
lentes querebam⁹ te ⁊ quid ē q̄ me querebatis *to.*

nesciebatis quia in hys que p̄s mei sunt oportet me esse. **S**upplices te rogam⁹ om̄p̄e **ap̄lin.** deus. ut quos tuis reficis sacramentis tibi etiam placidis morib⁹ dignant⁹ deseruire excedas. **P.** Si festiuitas epyphanie in dñica uenit sup̄scriptū officii dñice fit sabbo infra octāz. In octā ephie fit officii misse per

Deus cui⁹ unigēi **ordinē ut in die. oꝛo** tus in substantia n̄re carnis appuit p̄ra qūs. ut p̄ eū quē similes nobis foris agnouim⁹. intus reformari meream⁹. **Q. tēc** **ap̄la Surge illuare**

In illo t. Vidit iohes ihm **Scdm iohannē** uenientē ad se: et ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit p̄ta mūdi. Hic ē de quo dixi. p̄ me uenit uir qui ante me factus ē: q̄a p̄ or me erat. Et ego nesciebam eū. Sed ut manifestetur in isrl: p̄p̄tea ueni ego in aqua baptizans. Et testimoniū perhibuit iohannes dicens. Quia uidi sp̄m descendentē quasi columbam de celo: et mansit sup̄ eum. Et ego nesciebam eū. S; q̄ misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Sup̄ quē uideris sp̄m descendentē et manentem sup̄ eū: hic est qui baptizat i sp̄u sancto. Et ego uidi et testimoniū perhibui: quia hic est filius dei. **H**ostias tibi **sectōne** p̄nati filij tui apparitione deferim⁹?

suppliciter exorantes. ut sicut ipse nroꝝ est
auctor munerū. ita sit ipse mīcoris ⁊ suscep-
tor ih̄c xpc dñs n̄r. **C**elesti lumine **aplin.**
quīs dñe semp ⁊ ubiq; nos pueni. ut mī-
steriū cui nos p̄ticipes esse uoluisti. ⁊ pu-
ro cernam⁹ intuitu. ⁊ digno p̄cipiam⁹ ef-
fectu. **p.** **Ab octa ephie usq; ad purificacōz**
post orōez diei dicunt⁹ iste orōnes Ds qui
salutis etnē. **Eccleie tue** ul' **Ds** oīm **fideli⁹**
Si tempus breue fuit a dñica p̄ma p' octāz
ephie usq; ad lxx. ita q; officia dñicalia nō
pnt expleri suis dieb; officia residuarū
dñicaz distribuāt p' ebdōz. si festū nō im-
pediat. Si sit fit de dñicis post octāz penth.
usq; aduentū dñica scda post ephiaz. **Int.**

Omnis terra adoret te deus ⁊ psallat tibi
psalmū dicat nomī tuo altissime. **⁊** lu-
bilate teo oīs tra psalmū dicat nomini eius
date gl̄iam laudi eius. **G**lia p̄i ⁊ filio. **orō.**

Om̄p̄ns sempit̄ne Ds. qui celestia sit
⁊ terrena moderaris: supplicacōes
p̄pli tui clement⁹ exaudi. ⁊ pacem tuam
nr̄is accede temporib;. **p.** **Ad Romanos.**

Heres. habentes donationes scdm
gr̄am que data ē nobis diffentes.
siue p̄phetiam scdm rationē fidei. siue
mīsteriū in mīstrando. siue qui docet i

doctrina. Qui exhortat in exhortando. Qui
 tribuit in simplicitate. Qui p̄est in sollici-
 tudine. Qui miseret in hylaritate. Dilcco
 sine simulatione. Odientes malū adhen-
 tes bono. Caritatē fraternitatis inuicē dili-
 gentes. honorē inuicē p̄uenientes. Solli-
 citudine nō pigri. sp̄i feruentes. dño ser-
 uientes. Spe gaudentes. in tribulatione
 patientes. Orōni instantes. necessitatibz
 scōz amunicantes. hospitalitatē sectātes.
 Benedicite p̄seq̄ntibz uos. benedicite et no-
 lite maledicere. Gaudere cū gaudentibz.
 flere cū flentibz. Idipm inuicem sentien-
 tes. // **M**isit d̄s ūbū suū et sanauit eos et eri-
 puit eos de intitu eoz. **V.** Confiteant̄ dño m̄ie ei?
 et mirabilia eius filijs hoīm **Alla. V.** Laudate
 dñm om̄es angeli eius laudate eū om̄s ūtute ei?
In illo t̄. Nuptie facte sunt **Sm̄ iohannē.**
 in chana galilee. et erat m̄r ihu ibi. Voca-
 tus est autē ih̄c et discipuli eius ad nuptia.
 Et deficiente uino. dicit mater ihu ad eū.
 Vinū nō habent. Et dicit ei ih̄c. Quid m̄
 et tibi ē mulier? **N**ondū uenit hora mea.
 Dicit mat̄ eius ministris. Quodcūqz di-
 xerit uobis facite. Erant aut̄ ibi lapidee
 ydrice sex posite scdm purificacōez iudeoz.
 capientes singule metretas binas ul' ter-

// nō alta sapientes s; hūilibz et scientes //

nas. Dicit eis ihc. Implete ydrias aqua. Et
impleuerunt eas usq; ad summum. Et dicit
eis ihc. Haurite nunc et ferte architriclino.
Et tulerunt. Ut aut gustauit architriclinus
aquam uinum factum et non sciebat unde esset.
ministri autem sciebant qui hauserant aquam.
Vocat sponsum architriclinus. et dicit ei.
Omnis homo primum bonum uinum ponit. et cum
inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu
autem seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc
fecit initium signorum ihc in chana galilee. et
manifestauit gloriam suam. **T**ubilate **offer**
teo uniuersa terra iubilate teo uniuersa terra psalmum di-
cite noni eius uenite et audite et narrabo uobis omnia
quae timetis deum quanta fecit dominus anime mee alla **sec**
Oblata domine munera sanctifica nosque a
peccatorum nostrorum maculis emunda. **P.** Dicit **co.**
dominus implete ydrias aqua et ferte architriclino
dum gustasset architriclinus aquam uinum factum
dicit sponso seruasti uinum bonum usq; adhuc hoc
signum fecit ihc primum coram discipulis suis. **epi.**
Augeat in nobis domine quae tua uirtutis
operatio. ut diuinis uegetati sacramentis.
ad eorum promissa capienda tuo munere pre-
paremur. **P.** dominum. **dominica iij. p. ephiaz. Initium**
Adorate deum omnes angeli eius audierunt et leta-
ta est syon et exultauerunt filie iude **v.** dominus

Et crederunt in eum discipuli eius.

regnauit exultet terra letentur insule multe. *Oro.*

Omnis sempiternus deus: infirmitatem nostram propitius respice. atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extendere.

Reges. Nolite esse prauis ad romanos. Prudentes apud uosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes. prudentes bona non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus: si fieri potest quod ex uobis est. cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes inimici. sed date locum ire. Scriptum est enim. Michi uindicta et ego retribuam. dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: cibus illum. Si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens carbonem ignis congreges super caput eius. Noli uinci a malo: sed uince in bono malo. *T*imebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriari tuam. *Quo* edificauit dominus syon et uidebitur in maiestate sua. *Alla* dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. *Secundum mattheum.*

In illo tempore. Cum descendisset ihesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens ihesus manum: tetigit eum dicens. *Volo. Munda*re. Et confestim mundata est lepra eius.

34

Et ait illi ih̄c. **V**ide nem̄i dixeris. s; uade
ostende te sacerdoti: & offer mun̄ qđ pre-
cepit moyses in testimoniũ illis. Cum
aut̄ introisset capharnaũ: accessit ad eũ
centurio rogans eũ & dicens. **D**ñe puer &
meus iacet in domo paliticius. & male
torquet̄. **E**t ait illi ih̄c. Ego ueniã & cura-
bo eum. **E**t respondens centurio ait. **D**ñe
nō sum dignus ut intres sub tectũ me-
um. sed tantũ dic uerbo. & sanabit̄ puer
meus. **N**am et ego homo sum sub p̄ta-
te & stitutus habens sub me milites: et
dico huic uade & uadit. & alio ueni & uenit.
& seruo meo fac hoc & facit. **A**udiens at̄
ih̄c miratus ē: & sequentib; se dixit. **A**men
dico uobis: nō inueni tantam fidem in
isrl̄. **D**ico autē uobis. qđ multi ab orien-
te & occidente uenient. & recumbent cum
abraham & ysaac & iacob in regno celoz.
Fili; aut̄ regni eicient̄ in tenebras exteri-
ores. **I**bi erit fletus & stridor dencũ. **E**t di-
xit ih̄us centurioni. **V**ade & sicut credidi-
sti fiat tibi. **E**t sanatus ē puer in illa hora.
Dextera dñi fecit uirtutē dextera dñi exal. **offer**
tauit me nō moriar s; uiuã & narrabo opa dñi.
Hec hostia quis dñe em̄det nr̄a de **sec̄**
licta. & ad sacrificiũ celebrandũ subdito-

rum tibi corpora mentesq; sanctificet. *p. cō*

Mirabantur omnes de his que precebebant de ore
 dei. **Q**uos tantis dñe largiris uti mi- *apl.*
 steris. quis ut effectibus nos eorum ueraciter
 aptare digneris. *p. dñica iiii. p. ephiaz. Ado-*
rate dei p totū. Et dicit p omis dñicas usq; ad lxx.

Deus qui nos in tantis periculis cō oio.
 stitutos. p humana scis fragilitate
 nō posse subsistere da nobis salutē men-
 tis et corporis. ut ea que p peccatis nris pati-
 mur. te adiuuante vincam. *p. ad roma-*

Ages. Memini quicq; debeatis. nos
 nisi ut inuicē diligatis. Qui enim
 diligit proximum. legem implebit. *Quia nō*
adulterabis. nō occides. non furaberis. nō
falsum testimonium dices. nō concupisces
rem proximi tui. et si quod est aliud mandatum
in hoc uerbo instaurat. Diliges proximum tuum
sicut teipm. Dilectio proximi malū nō ope-
ratur. Plenitudo ergo legis ē dilectio. Sim-

Nillo t. Ascendente ihu in nauim *matheū.*
 culam: secuti sunt eū discipuli eius. Et
 ecce motus magnus factus ē in mari ita
 ut nauicula oppiret fluctibus. Ipse uero dor-
 miebat. Et accesserunt discipuli. et susci-
 tauerunt eum dicentes. Dñe salua nos
 pimus. Et dicit eis. Quid timidi estis

modice fidei. Tunc surgens impavit uē-
tis et mari: et facta ē tranquillitas magna.
Porro hoīes mirati sunt dicentes. Qualis
est hic? Quia uenti et mare obediūt ei. *sc̄r̄*

Concede q̄s om̄ip̄x d̄s. ut huius sacrificij
munus oblatū fragilitate; nr̄am ab om̄i
malo purget semp̄ et muniat. *p. Mu. epl.*
nera tua nos d̄s a delecta cōib; terrenis ex-
pediant. et celestib; semp̄ instruant alimē-
tis. *Per d̄nm. Dñica quinta p̄ ephiaz. ōro*

Familiam tuā q̄is d̄ne et̄inua pietate
custodi. ut que in sola spe gr̄e celestis
iunit. tua semp̄ p̄tectione muniat. *p. ad*

Res. *Induite uos sicut electi colosenses*
dei sancti et̄ dilecti uiscera nr̄e benigni-
tatem. humilitatem. modestiā paciēti-
am supportantes inuicē. et̄ donantes uo-
bismetip̄is si quis aduersus aliquē habet
querelam. Sicut et̄ d̄ns donauit uobis:
ita et̄ uos. Sup̄ oīa autē hec caritate; ha-
bentes. q̄ est uinculū p̄fectionis. Et pax
xp̄i exultet in cordib; ur̄is. in qua et̄ uo-
cati estis in vno corpore. et̄ grati estote uer-
bum xp̄i habitet in uobis habundanter.
in om̄i sapientia docentes. et̄ cōmouentes
uolmetip̄os in psalmis ymnis et̄ canticis
spiritalib; in gr̄a cantantes cordib; ur̄is

dn̄o. Omne quodcumque facitis in uerbo aut in opere. omnia in nomine dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. gr̄as agētes deo & p̄ri. p̄ ih̄m xp̄m dn̄m nr̄m. **matheū.**

In illo t̄. Dixit i. d. s. parabolam hanc. Simile ^{fem} est regnū celoz hominū: qui seminauit bonū semen in agro suo. Cum autē dormiret hoīes. uenit inimicus eius & sup̄seminauit zizaniā in medio tritici: & abiit. Cum autē creuisset herba & fructū fecisset: tūc appuerūt & zizania. Accedentes autē serui patris faīlias: dixerunt ei. Dn̄e: nōne bonū semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizaniā? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Vis inuis et colligamus ea? Et ait ^{illis}. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis cū eis sil̄ et triticū. Sinite utraq; crescere usq; ad messem: & in tpe messis dicam messorib;. Colligite p̄mū zizania: & alligate ea in fasciculos ad reburendū. Triticū autē segregate in horreū meū. **H**ostias tibi dn̄e **secret** placationis offerim; ut et delicta nr̄a miseratus absoluas. & inuitancia corda tu dirigas. **P.** Quis omnip̄s ds. ut illius **capit** litaris capiamus effectū. cui; p̄ hec **multa** pignus accepim;. **P.** **dn̄ica in hex. Int.** **Q**uam tederūt me genitus mortis tolo-

res inferni circumdederunt me et in tribulatione
mea inuocaui dominum et exaudiuit de templo sancto
suo uocem meam. Diligam te domine fortitudo mea
dominus firmamentum meum et refugium meum et libator meus.

Proces populi tui quis domine clementer exoro.
audi ut qui iuste pro peccatis nostris affligi
mur pro tui nominis gloria misericorditer liberemur.

Hec scribitis quod hi qui ad corinthios
in stadio currunt omnes quidem currunt
sed unus accipit praemium. Sic currite ut com-
prehendatis. Omnis enim qui in agone
stendit ab omnibus se abstinere. Et illi qui-
dem ut corruptibilem coronam accipiant
nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro
non quasi in incertum. sic pugno non quasi
aerem uerberans. sed castigo corpus meum
et in seruitutem redigo. ne forte cum alijs
predicauerim ipse reprobus efficiar. Nolo
enim uos ignorare fratres. quoniam patres nostri omnes
sub nube fuerunt. et omnes mare transie-
runt. et omnes in moyse baptizati sunt.
in nube et in mari. Et omnes eandem escam
spiritualem manducauerunt. et omnes eandem
potum spirituales biberunt. Bibeabant autem
de spirituali. et sequente eos petra. Petra autem
erat christus. **A**duitor in opportunitatibus in tri-
bulatione sperent in te qui nouerunt // quonia

// nomini tui //

nō derelinquis querentes te dñe. Quōz non
in finē obliuio erit pauperis patientia pauperū
nō pibit in finez exurge dñe nō pualcat homo.

De pfundis clamaui ad te dñe dñe ex **tractus**
audi uocem meam. Fiant aures tue intendētes
in oronem serui tui. Si iniquitates obseruauis
dñe dñe quis sustinebit. Quia apud te ppicia
tio est et ppter legem tuā sustinui te dñe. **Scdm**
Nillo tempore. Dixit id. s. para **matheum**
bolam hanc. Simile ē regnūz celoz homū
patrifamiliās: qui exiit primo mane cō
ducere oparios in uineam suā. Conuenti
one autem facta cū operarijs ex denario
diurno: misit eos in uineam suam. Et e
gressus cca horam tertiā. uidit alios stan
tes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et uos
in uineā meam: et qd iustū fuit dabo uo
bis. Illi autē abierūt. Iterū autē exiit cca
sextam et nonā horam: et fecit similit. Cir
ca undecimā uero exiit et inuenit alios stā
tes: et dicit illis. Quid hic statis tota die
ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos eduxit.
Dicit illis. Ite et uos in uineam meā. Cū
autē sero factū esset. Dicit dñs uinee pro
curatori suo. Voca operarios et redde illis
mercedem: incipiens a nouissimis usq
ad primos. Cum uenissent ergo qui cca

undecimā horam uenerant. acceperunt sin-
gulos denarios. Venientes autē et primi ar-
bitrati sunt quod plus essent accepturi. Accepe-
runt autē et ipsi singulos denarios. Et acci-
pientes: murmurabant aduersus premissas
dicens. Huius nouissimi una hora fece-
runt. et pares illos nobis fecisti qui porta-
uimus pondus diei et estus. At ille respon-
dens. vni eorum dixit. Amice non facio tibi ini-
uriam. Nonne ex denario uenisti mecum?
Tolle quod tuum est et uade. Volo autē et huic
nouissimo dare sicut et tibi. An oculus
tuus nequam est: quia ego bonus sum? Sic
erunt nouissimi primi: et primi nouissimi.
Multi enim sunt uocati: pauci uero electi.

Bonū est confiteri dño et psallere nōi tuo offer-
altissime. **M**uneribus nr̄is qūs dñe secret̄
precibusq; susceptis et celestibus nos mūda
misterijs et clement̄ exaudi. **P.** Illumina cōm-
faciem tuā sup seruū tuū et saluū me fac in tua
m̄ia dñe nō confundar quōz inuocaui te. **complū.**
Fideles tui deus p̄ tua dona firment̄ ut
eadem et p̄cipiendo requirant. et querendo
sine fine p̄cipiant. **P.** **A** lex̄ usq; ad feriam
q̄ta; cinerū nō cantat̄ tract̄ nisi in dieb; do-
Eminicis et festis. **Dñica in lx. Introitus.**
Exurge quare obdormis dñe exurge et ne

// Aut nō licet michi facere quod uolo. //

repellas in finē quare faciem tuā auitis obliuif
 ceris tribulationē nrāz adhefit in tra uent' nost'
 exurge dñe adiuua nos ⁊ libera nos. *Ps.* D's auri
 bus nrīs audiūm' p'ēs nrī annūciauerūt nobis.

Deus qui conspicias quia ex nulla *oro*
 nrā actione ⁊ fidim' ⁊ cetera ppicius. ut
 extra adu'sa oīa doctoris gentiū p'tectione
Hes. *Libent' ad corinthios* muniam' p.
 Suffertis insipientes: cū sitis et ipi
 sapientes. Sustinetis enī siquis uos in
 seruitutem redigit. siquis tenorat. siq's
 accipit. siquis extollitur. siquis in facie
 uos cedit. Scdm ignobilitatē dico: quasi
 nos infirmi fuerim' in hac pte. In quo q's
 audet. In insipientiā dico: audeo ⁊ ego. *He*
brei sunt. ⁊ ego. Israelite sunt. ⁊ ego. Se
men abrahe sunt: ⁊ ego. Ministri xpi sūt:
⁊ ego. Ut minus sapiens dico. plus ego.
 In laboribz plurimis. in carceribz habun
 dantius. in plagis sup modū. in mortibz
 freqnt. A iudeis quinquies quadragenas
 vna minus accepi. Ter uirgis cesus sum.
 semel lapidatus sum. ter naufragiū feci.
 Nocte ac die in pfundo maris fui. In iti
 neribz sepe. periculis fluminū periculis
 latronū. piculis ex genere. piculis ex gen
 tibz. piculis in ciuitate. picul' in solitudine.

piculis in mari. piculis in falsis fratribz. In
labore et erumna in uigilijs multis. in fame
et siti in ieiunijs multis. In frigore et nuditate.
Pret illa que extrinsecus sunt. instancia et
mea quotidiana sollicitudo omni eccliaru.
Quis infirmat. et ego non infirmor. Quis
scandalizat. et ego non uxor. Si gliari optet.
que infirmitatis mee sunt gliabor. Deus et
pater dñi nri ihu xpi scit qui e benedictus
in secula. q non nentior. **D**amasci ppositus
gentis arethe regis custodiebat ciuitatez
damascenoz. ut me comprehendet. Et p fe-
nestram in sporta dimissus sum p muru.
et sic effugi manus eius. Si gliari oportet
non expedit quide. **V**eniã autem ad uisiones
et reuelationes dñi. **S**cio hoïem in xpo ante
annos quatuordecim. siue in corpore ^{nescio} siue extra
corpus. nescio dñs scit. raptu huiusmodi
usq ad tertiu celum. Et scio huiusmodi
hoïem siue in corpore siue extra corpus ne-
scio dñs scit. quoz raptus e in paradysum. et
audiuit archana uerba que non licet hoï lo-
qui. **P** huiusmodi gliabor. p me autem ni-
hil gliabor. nisi in infirmitatibz meis. **N**
am et si uoluero gliari. non ero insipies.
Veritatem enim dicam. **P**arco autem ne qis me
existimet sup id qd uidet in me. aut audit

aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelatio-
 nū extollat me. Datus ē michi stimulus car-
 nis mee angelus sathane ut me colaphizet.
 Ppt̄ qđ ter dñm rogauī ut discederet a me.
 et dixit michi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nam
 ūtus in infirmitate p̄ficiť. Libent̄ igit̄ gl̄ia
 bor in infirmitatibz meis: ut inh̄itet in me
 ūtus xpi. **S**ciant gentes quoz nomen tibi **gr̄**
 d̄s tu solus altissimus sup omnē terrā. **D**s m̄s
 pone illos ut rotam ⁊ sicut stipulam ante facies
 uenti. **M**ouisti dñe terram ⁊ turbasti eam **t̄rt̄?**
Sana stritiones eius quia mota ē. **S**t fugiant
 a facie arcus ut liberent̄ dilecti tui. **S**cđm **lucam**
In illo t̄. Cum turba plurima uenirent et
 te ciuitatibz p̄perarent ad ihm: dixit p̄ simi-
 litudinē. **E**xit qui seminat seminare semen
 suū. **E**t dū seminat. aliud cecidit secus uiaz
 ⁊ conculcatū est: ⁊ uolucres celi comedert
 illud. **E**t aliud cecidit sup petram ⁊ natum
 aruit: quia nō habebat humore. **E**t aliud
 cecidit int̄ spinas: ⁊ simul exorte spine suf-
 focauerunt illud. **E**t aliud cecidit in terrā
 bonā: ⁊ ortū fecit fructū centuplū. **H**ec di-
 cens clamauit. **Q**ui h̄t aures audiendi ⁊
 audiat. **I**ntrogabant aut̄ eum discipuli ei?
 que esset hec pabola. **Q**uibz ip̄e dixit. **V**o-
 bis datū est nosse misterū regni dei: ceteris

aut in pabolis ut uidentes nō uideant.
et audientes nō intelligant. Est aut hec
pabola. Semen ē ūbū dei. Qd aut scus
uam. hū sunt qui audiūt. deinde uēit dy-
abolus ⁊ tollit uerbū de corde eoz. ne crede-
tes salui fiant. Nam qui sup petram: qui
cū audierint cū gaudio suscipiūt ūbum.
Et hū radices non hnt: quia ad temp' cre-
dunt. ⁊ in tpe temptationis recedūt. Qd
aut in spinis cecidit. hū sunt qui audierūt
⁊ a sollicitudinib; ⁊ diuicijs ⁊ uoluptati-
b; uite euntes suffocant. ⁊ nō referunt
fructū. Qd aut in terram bonā: hū sunt qui
in corde bono ⁊ optimo audientes ūbum
retinent. Et fructū afferūt in multa pacia.

Perfice gressus meos in semitis tuis ut **offe**
nō moueant uestigia mea inclina aurem tuam
⁊ exaudi ūba mea mirifica mias tuas qui saluos
facis spantes in te dñe. **O**blatū tibi dñe **scē**
sacrificiū uiuificet nos semp et muniat. **P.**
Introibo ad altare dei ad deū qui letificat **com**
munitate meam. **S**upplices te rogam' **apln**
om̄pc d's: ut quos tuis reficis sacramētis.
tibi etiā placitis morib; dignant' deser-
uire concedas. **P. Dñica in quinquagesima**
Esto michi in deū p̄tectoorem ⁊ in locū refu-
giū ut saluū me facias quoz firmamētū

meū & refugiū meū es tu & p̄t nomen tuū dux
 michi eris & nutrities me. *In te dñe sp̄avi non*
*confundar in eñū in iusticia tua libera me. **Orō.***

Preces nr̄as qūs dñe clement̄ exaudi
 atq; a pct̄oz nr̄oz vinculis absoluto
 ab omni nos adiuitate custodi. *P. ad corin*
Athes. Si linguis hōim loquar et *thios*
 Angeloz. caritatē autē non habeam.
 factus sum uelut es sonans. aut cymba
 lum tinniens. Et si habuero p̄phetiā. & no
 uerim mistia oīa. & omnē sciām ^{et si} habuero
 & omnē fidem ita ut montes transferā. cari
 tatem autē nō ^{habuero} hēam nichil sum. Et si distri
 buero in cibos pauperū om̄s facultates
 meas. & si tradidero corpus meū ita ut ar
 deam. caritatem autē non habuero. nichil
 michi p̄dest. Caritas patiens ē: benigna
 est. Caritas nō emulat. nō agit perperam.
 nō inflatur. nō est ambiciosa. non querit
 que sua sunt. nō irritat. nō cogitat malū.
 nō gaudet sup iniquitatē. congaudet at
 uitati. Omnia suffert. oīa credit. omnia
 sperat. oīa sustinet. Caritas nūq; excidit.
 Siue p̄phetie euacuabunt. siue lingue tes
 tabunt. siue sc̄ia destruet. Ex pte enim co
 gnoscim. et ex pte p̄phetamus. Cum aut
 uenit qd̄ p̄fectum est. euacuabit qd̄ ex pte

est. Cum essem puulus. loquebar ut par-
uulus. sapiebam ut puulus. cogitabam
ut puulus. Quando aut factus sum uir:
euacuaui que erant puuli. **V**idemus nūc
p̄ speculum in enigmate tūc autē facie ad
faciem. **N**unc cognosco ex pte. tūc autē
cognoscam sicut et cognitus sum. **N**unc
autē manent fides spes caritas tria hec.
Maior autē horū ē caritas. **T**u es d̄s **GRAD**
qui facis mirabilia solus notā fecisti in gentib;
uitatem tuā. **L**iberasti in brachio tuo pplm tuū
filios isrl' et ioseph. **T**ubilate deo oīs tra **Tract?**
seruite d̄no in leticia. **I**nterate in respectu eius in
exultatione. **S**citote quō d̄ns ip̄e est d̄s. **I**p̄e fecit
nos et nō ipsi nos. **M**os aut plus eius et oues
illo t. **A**ssumpsit **Scdm lucas** pascue ei.
ihus duodecim discipulos suos: et ait ill.
Ecce ascendam ierlimā: et resumabūt oīa
que scripta sunt p̄ p̄phas de filio hoīs. **T**ra-
detur enī gentib; et illudet: et flagellabit et
spuet. **E**t postqm̄ flagellauerint occidēt
eum: et die tertia resurget. **E**t ip̄i nichil ho-
rum intellexunt. **E**rat aut uibum istud
absconditū ab eis: et nō intelligebant q̄
dicebant. **F**actū est aut cū appropinquet
iericho: cecus quidā sedebat secus uiam
mendicans. **E**t cū audiret turbam p̄tere-

untem: interrogabat quid hoc esset. Di-
 xerunt autē ei: q̄ ih̄c nazarenus trāsiret.
 Et clamauit dicens. Ihu fili dauid: mise-
 rere mei. Et qui p̄ibant increpabant eū
 ut taceret. Ip̄e uero multo magis clama-
 bat. fili dauid miserere mei. Stans autē
 ih̄c: iussit illum adduci ad se. Et cū app-
 pinquasset. interrogauit illum dicens. Qd̄
 tibi uis faciam? At ille dixit. Dñe ut ui-
 deam. Et ih̄c dixit illi. Respice. fides tua
 te saluū ferit. Et festin uidit. et sequebat̄
 illum magnificans deū. Et omnis plebs
 ut uidit dedit laudem deo. **Benedict⁹ off.**
 es dñe doce me iustificationes tuas benedictus
 es dñe doce me iustificationes tuas in labijs
 meis p̄nūciaui oīa iudicia oris tui. **Hec secr̄**
 hostia dñe q̄is emūdet nr̄a delicta. et ad sa-
 crificiū celebrandū subditoꝝ tibi corpora
 mentesq; sanctificet. **P. Manducauerūt cō.**
 et saturati sunt nimis. et desiderū eoz attulit eis
 dñs nō sunt fraudati a desiderio suo. **Q̄s. apl.**
 om̄p̄c d̄s. ut qui celestia alimenta p̄cepi-
 mus. p̄ hec et̄ra oīa adiūsa muniamur. **P.**
Feria quarta cinerū ante missam benedi-
cant̄ cineres facti de ramis benedictis p̄ti-
ti anni si habent̄ in medio ^{choꝝo} ante altare h̄
moto p̄mo cantat̄ ant̄. Exaudinos dñe

quorū benigna est mīa tua scōm multitudinem
miserationū tuarū respice inos dñe. **Saluū**
me fac d's quorū intrauerūt aque usq; ad aīas
meā. **Gloria p̄i. et repetit' añ.** Exaudi nos dō.

O **Deinde dicitur** Dñs uobiscum. **oratio**
om̄ps sempitne d's. p̄ce metuētibz
ppiciare supplicantibz. & mitte dignis
sanctū angelum tuū de celis. qui bene
dicat & sanctificet hos cineres. ut sint
remediū salubre omnibz. nomen sc̄m
tuū humilit' implorantibz. ac semetip̄os
p̄ sciencia delictorū suorū accusantibus.
atq; ante aspectū diuine clemencie tue
facinora sua deplorantibz. ac serenissi
mam maiestatem tuā supplicat' obui
xeq; flagitantibz. & p̄ra p̄ inuocationē
sanctissimi noīs tui. ut quicūq; eos
sup se asperserit p̄ redemptōe peccatorū
suorū. corporis sanitatē & aīe tutelam pe
pian. **Per xpm dñm nr̄m. R. Amē. orō**

Deus qui nō mortē s; p̄nāz desideras
p̄ctorū. fragilitatē conditōis hūane
benignissime respice. & hos cineres. q̄s
causa p̄ferende humilitatis atq; p̄m̄en
te uenie capitibz nr̄is imponi decernim?
bene dicere p̄ tua pietate dignare. ut
qui nos cinerē esse & ob p̄uitatis nr̄e

meritū in puluere reuersurus cognoscim?
 pctoz oim ueniā. r pnia penitentibz re
 pmissa mīcordit' conseq' meam. *P. x. oio*

Deus qui humiliatione flecteris. et
 satisfactione placaris: aures tue
 pietatis inclina p̄tibz nris. r capitibus
 seruoꝝ tuoz hoz cinerū aspersione att' a
 ctis: effunde ppicius grām tue benedicti
 onis. ut eos r spū xp̄unctionis repleas.
 r que iuste postulauerint efficaciter tri
 buas. r excessa p̄petua stabilitate intactos
 manere decernas. *P. xpm dñm nrm oio.*

Om̄ps sempitne d̄s. qui in inuitis in
 cinere r cilicio penitentibz indulgēcie
 tue remedia p̄stitisti: concede ppicius. ut sic
 eos in itē habitū q̄tus uenie p̄sequam̄
 obtentu. *P. Expletis benedictionibz p̄mo
 imponit cinis sacerdoti celebraturo missa;
 ab alio sacerdote si adest. alioqñ ip̄e sacerdos
 genibz flexis corā altare sibi ipsi cinis ipo
 nit r cantat' statim in choro. an. In itē habitu
 in cinere r cilicio ieiūm' r ploremus ante dñm
 quia multū mītors ē dimitte pctā nra. an. Iuxta
 uestibulum r altare plorabant sacerdotes r le
 uite mīstri dñi dicentes p̄ce dñe p̄ce pplo tuo
 r ne dissipēs ora canentium ad te dñe Et R. tū
 v. r glia p̄ri. E mēdem' in melius que ignorāt*

// d̄s nr. //

peccauim⁹ ne subito p̄occupati die mortis quam
spaciū p̄uie ⁊ inuenire nō possim⁹. Attende dñe
⁊ miserere quia peccauimus tibi. *Adiuua nos*
d̄s salutaris n̄r et p̄t honorem nōis tui dñe liba
nos. Attende *Gloria p̄n. Sacerdos uo dū cantat*
añ ⁊ k̄. p̄mo m̄istris stantibz genibz flexis
coram altari ip̄onit cinerē dicens Memēto
homo quia puluis es ⁊ in puluerem reūteris.
Postea ueniūt fr̄s bini ⁊ flexis genibus
ante altare recipiūt cinēs a sacerdote ut dic-
tum ē de m̄istris. Completa cinerū datione d̄:

Qoncede nobis dñe p̄ oꝛo. Dñs uobcū
fidia milicie xp̄iane sanctis incho
are ieiunijs. ut tra sp̄uales nequicias
pugnaturi. stinencie muniam⁹ auxilijs.

p̄ xp̄m dñm n̄m. k̄. Amen. deinde dicit

Miserere oim dñe ⁊ nichil *intuitus misse.*
odisti eoz que fecisti dissimulans p̄ta
hōim p̄t p̄uia; ⁊ p̄c̄is illis quia tu es dñs d̄s
n̄r. *Miserere mei d̄s miserere mei quōz in te*

P̄ d̄a dñe fideli *oꝛo. ⁊ fidit aīa mea. Gloria*
bus tuis ut ieiunioꝝ ueniāda so
lennia ⁊ egrua pietate suscipiant ⁊ secu
ra deuotione p̄currant. *p̄. Ab hac die*
usq; ad dñica; de passione post oꝛoꝝ diei
dicit oꝛones. A cunctis et Om̄p̄e sempi
terne deus qui uiuoꝝ. Ictō Johelis p̄ph̄e.

Hec dicit dñs. Conuertimini ad me in toto
 corde ur̄o. in ieiunio et fletu et plāctu.
 et scindite corda ur̄a. et nō uestimenta ur̄a.
 Et conuertimini ad dñm deū ur̄m. q̄a benignus
 et m̄icors est. paciens et multū m̄ie. et p̄sta-
 bilis sup malicia. Quis scit si conuertat̄ et
 ignoscat d̄s. et relinquat post se benedicti-
 onem. Sacrificiū et lybamen dño deo ur̄o.
 Canite tuba in syon. sanctificate ieiuniū.
 uocate cetū. congregate pplm. sanctifica-
 te ecclesiam. coadunate senes. et congregate
 puulos. et sugentes ubera. Egrediatur
 sponsus de cubili suo et sponsa de thala-
 mo suo. Int̄ uestibulū et altare plorabāt
 sacerdotes m̄istri dñi et dicent. Parce dñe
 p̄ce pp̄lo tuo. et ne des hereditatē tuā in
 obp̄brū. ut dñent̄ eis nationes. Quare
 dicunt in pplis. ubi ē d̄s eor̄. Zelatus
 est dñs terram suam. et pep̄cit populo suo. //
 // Ecce ego mittā uobis frumentū uinū et
 oleum. et replebim̄ in eis. et nō dabo uos
 ultra obp̄brū in gentibz. Dicit dñs ops.
Miserere mei d̄s miserere mei quōz in te cōgr̄
 fit aīa mea. Misit te celo et liberauit me de-
 dit in obp̄brum et calcantes me. **D**ñe tracta
 n̄ scdm̄ p̄ta n̄ra que fecimus nos neq; scdm̄ i-
 quitates n̄ras retribuas nobis. Dñe ne me-

// Et r̄ndit dñs. et dixit pp̄lo suo. //

mineras iniquitatum nostrarum antiquarum cito anticipent
nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. **Ad**
iuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui
domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen
tuum. **Supradictus** tractus ab hac die de .ij. et .iij.
et .vi. feria usque ad feriam .iij. maioris ebedode
nisi prius assignet et etiam si plura gradua
lia cantata fuerint. **Secundum Mattheum.**

In illo .i. d. .i. d. .i. Cum ieiunatis nolite fi
eri sicut hypocrite tristes. Extinguunt enim
facies suas ut appareant hominibus ieiunan
tes. Amen dico uobis. quia receperunt
mercedem suam. Tu autem cum ieiunas un
ge caput tuum et faciem tuam laua. ne uidearis
hominibus ieiunans. sed patri tuo qui est in abscon
so. Et pater tuus qui uidet in absconso. red
det tibi. Nolite thesaurizare uobis the
sauros in terra. ubi erugo et tinea demolit.
et ubi fures effodiunt et furant. Thesauri
zate autem uobis thesauros in celo. ubi ne
que erugo neque tinea demolit. et ubi fures
non effodiunt nec furant. Ubi enim est the
saurus tuus ibi est et cor tuum. **Exal offer**
tabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti in
inimicos meos super me domine clamaui ad te et sana
sti me. **H**ac nos quis domine hys mihi **secr**
neribus offerendis conuenient aptari. qui

bus ipsius uenabilis sacramenti celebram^{us}
 exordium. *P. prefatio.* Qui corporali ieiunio.
 Et die quottidie usq; ad dñicaz palmarū taz
 in ferialib; q; in dñicis dieb; nisi in missa
 de festo si occurreret. *Qui meditabit in le-*

con-
ge dñi die ac nocte dabit fructū suū in tēpore suo.

*P*ercepta nobis dñe prebeant sacramenta *apl.*
 subsidium ut et tibi grata sint nra ieu-
 nia. ⁊ nobis pficiant ad medelam. *P. oio*

pxima pcedens orōez sup pplm finitur per
oia secula seculoz R. Amen deinde absolu-
te dicit sacerdos. Orem? postea dyaconus si
in officio dyaconatus seruiat humiliatē
capita ura deo. alioqñ ipse sacerdos sequit
oio sup pplm. Et hic modus seruat usq;

ad q̄tam feriā maioris ebdōde. Oio sr ppl;
Inclinantes se dñe maiestati tue ppiciat^{ur}
 intente. ut qui diuino munē sunt refec-
 ti. celestib; semp nutriant^{ur} auxilijs. *P.*

Dom clamarem ad dñm exau *feria quinta*
 diuit uocem meā ab hys qui appropinqnt
 michi ⁊ humiliant eos qui ē ante secula ⁊ ma-
 net in etnū iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ipse te enu-
 triet. *Exaudi dñs orōez meā ⁊ ne despexeris de-*
precationē meam intente nī ⁊ exaudi me. oio

Deus qui culpa offenderis pñia pla-
 caris. pces ppli tui supplicantis ⁊

appicius respice. ⁊ flagella tue iracundie q̄
p̄ p̄ctis n̄ris meremur aũte. *P. I. ysaie p̄phie.*
In dieb; illis. Egrotauit ezechias usq; ad
mortē. ⁊ introuit ad eũ ysaias filius
amos p̄phie. ⁊ dixit ei. *Hec dicit dñs.* Di-
spone domui tue. quia morietis tu ⁊ nō
uiues. Et r̄t̄it ezechias faciem suam ad
parietē. ⁊ orauit ad dñm ⁊ dixit. *Obse-*
cro dñe. memento queso quōz ambula-
uerim corā te in uitate ⁊ corde p̄fecto. ⁊
q̄s bonū est in oculis tuis fecerim. Et
fleuit ezechias fletu magno. Et factū est
ũbum dñi ad ysaia dicens. Vade ⁊ dic
ezechie. Hec dicit dñs d̄s dauid p̄s tui.
Audiui oronem tuā. ⁊ uidi lacrimas tuas.
Ecce ego adiciam sup dies tuos annos
qūntecim. ⁊ de manu regis assyrioru eru-
am te ⁊ ciuitatē istam. ⁊ p̄tegam eā. Mit-
dñs om̄ps. Iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ip̄e ḡ-
te enutriet. *¶* Dū clamarem ad dñm exaudiuit
uocē meā ab hys qui appropinq̄nt michi. *Sim-*
ililo t̄. Cum introiisti ih̄c ca. Mathyrum
pharnaum. accessit ad eũ centurio rogās
eum ⁊ dicens. Dñe puer n̄s iacet in do-
mo paliticus. ⁊ male torquet. Et ait illi
ih̄c. Ego ueniam ⁊ curabo eũ. Et r̄ndens
centurio ait. Dñe nō sum dignus ut in-

tres sub tectū meū. s; tm̄ dic uō. ⁊ sanabit
 puer m̄s. Nam ⁊ ego homo sum sub po-
 testate ⁊ stitutus. h̄is sub se milites. Et di-
 co huic uade ⁊ uadit. ⁊ alio ueni ⁊ uenit.
 ⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiens autē
 ih̄e miratus ē: ⁊ seq̄ntib; se dixit. Amen
 dico uobis. nō inueni tantā fidem ī isrl̄.
 Dico autē uobis. q̄ mlti ab oriente ⁊ occi-
 dente ueniunt ⁊ recumbent cū abraham
 ⁊ ysaac ⁊ iacob. in regno celoz. Filij autē
 regni eiciunt̄ in tenebras extiores. Ibi ēit
 fletus ⁊ stridor dentū. Et dixit centurio-
 ni. Vade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sa-
 natus ē puer: in illa hora. **Ad te dñe off:**
 leuauī aiām meā d̄s m̄s in te ⁊ fido nō erubescā
 neq; irideant me inimici mei etenū vniūsi q̄
 te expectant nō ⁊ fundent̄. **S**acrificijs **secret**
 p̄ntib; dñe quīs intende placatus. ut et
 deuotioni nr̄e pficiant et saluti. **per. com**
Aceptabis sacrificiū iusticie oblatōes ⁊ holo-
 causta tūc imponent sup altare tuū dñe. **ep̄ln.**
Celestis doni benedictione p̄cepta sup-
 plices te d̄s om̄p̄c deprecamur. ut hoc idē
 nobis ⁊ sac̄menti causa sit ⁊ salutis. **p.**
Parte dñe p̄ce pp̄lo tuo ut di **sup p̄ln**
 gnis flagellationib; castigatus in tua
 miseratione respiret. **p. feria vj. Introit?**

Aduuit dñs & misertus ē in dñs factus ē
adiutor n̄s. **V.** Exaltabo te dñe quōz su-
scipisti me nec delectasti inimicos meos sup me

Inchoata ieiunia q̄s dñe benigno **oro**
fauore p̄sequere. ut obseruantiā quam
corpali exhibemus. mentibz etiā sinceris
exercere ualeamus. **p. lectio ysaie p̄phete.**

Nec dicit dñs deus. Clama ne cesses q̄-
si tuba exalta uocem tuā. & annūcia
p̄plo meo scelera eoz. & domui iacob pec-
cata eoz. Ne etenim de die in diem querūt.
& scire uias meas uolunt. q̄si gens que
iusticiam fecerit. & que iudiciū dei sui
nō dereliquerit. Rogant me iudicia iu-
sticie. & appinquare deo uolunt. Quare
ieiunauim? et nō aspexisti. Hūiliauim?
aias n̄ras & nescisti. Ecce in die ieiunij
ur̄i inueni t̄ uoluntas ur̄a. & om̄s debi-
tores ur̄os repetitis. Ecce ad lites & stenti-
ones ieiunatis. & p̄cutitis pugno impie.
Nolite ieiunare sic usq; ad hanc diem.
ut audiatur in excelsis clamor ur̄. Nū-
quid tale ē ieiunij qd̄ elegi. p̄ diē affli-
gere hōiem aiā suā. Nūquid & torq̄re
quasi circulū caput suū. et factū & ciner̄
sternē. Nūquid istud uocaui ieiunij
& diem acceptabilem dño. Nonne hoc

est maius ieiunium quod elegi: Dissolue colligationes impietatis. solve fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui extracti sunt liberos. et omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum. et egenos uagosque induc in domum tuam. Cum uideris nudum operi eum. et carnem tuam ne despexis. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. et sanitas tua ciconiet. Et anteibit faciem tuam iusticia tua et gloria domini colliget te. Tunc inuocabis et dominus exaudiet. clamabis et dicet. Ecce assu. Quia misericors sum dominus deus tuus. **gradū**

Unā peti a domino hanc requiram ut inhabitem in domo ^{domini}. Et uideam uoluntatem domini et protegar a templo sancto eius. **tract.** Domine non secundum secundum

Nullo f. d. i. d. f. Audistis quia **matheū** dictum est antiquis. Diliges proximum tuum. et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uos. benefacite his qui oderunt uos. et orate pro persecuentibus et calumniantibus uos. ut sitis filii patris uostri qui in celis est. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutauitis fratres uos tantum. quid amplius

facietis: Nonne et ethnici hoc faciunt: Esto-
te ergo et uos perfecti: sic et pater uoster celestis per-
fectus est. Attendite ne iusticiam uestram faci-
atis coram hominibus: ut uideamini ab eis. Ali-
oquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum
qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam
noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faci-
unt in synagogis et in uicis: ut honorifi-
centur ab hominibus. Amen dico uobis recepe-
runt mercedem suam. Te autem faciente elemo-
sinam nesciat sinistra tua quid faciat dex-
tera tua: ut sit elemosina tua in abscon-
dito. Et pater tuus qui uidet in abscondito:
reddet tibi. **D**omine uiuifica me secundum e-
offer-
loquium tuum ut sciam testimonia tua. **S**a **seru-**
trificium domine obseruantie paschalis offeri-
mus pro quibus: ut tibi et mentes nostras red-
dat acceptas: et retinencie promptioris no-
bis tribuat facultatem. **P.** **S**eruite domino **co.**
in timore et exultate ei cum timore apprehendite dis-
ciplinam ne pereatis de uia iusta. **S**piritus nobis **apl.**
domine tue caritatis infunde: ut quos uno
pane celesti faciasti: tua facias pietate con-
cordes. **P.** eiusdem. **T**uere domine **sup** **plm**
populum tuum et ab omnibus peccatis clementer e-
munda: quia ei nulla nocebit aduersitas
si ei nulla daretur iniquitas. **P.** **Sabbato**

Adesto dñe supplicationib; nr̄is **oro.**
 et recede ut hoc solenne ieiuniū qđ
 animis corporibusq; curandis salubri-
 ter institutum ē. deuoto seruitio celebre-
 mus. **p.** Suscipe dñe sacrificiū cui? te **secr̄**
 dignant uoluisti ymolacōe placari p̄ra
 qđ. ut cui? opatione mūdati beneplacitū
 tibi nr̄e mentis offeram? effectū. **per. apln**
Celestis munie uite uegetati qđ dñe ut
 qđ est nobis in p̄nti uita misterii. fiat e-
 ternitatis auxiliū. **p. Dñica p̄ma in xl.**

Iuocauit me et ego exaudiam eū eripias eū
 et glorificabo eum longitudine dierū adiple-
 bo eū. **Qui habitat in adiutorio altissimi i**
 protectione dei celi comorabitur. **Gloria oro.**

Deus qui eccliam tuā annua qđragesi-
 mali obseruatione purificas. presta
 familie tue. ut qđ a te obtine abstinendo
 nititur hoc bonis opib; exequat. **p. Ad co**

Ages. hortam̄ uos. ne inuaciiū **rinthio?**
 grām dei recipiatis. **Nit enī. Tempore**
 accepto exaudiui te. et in die salutis adiu-
 ui te. **Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nūc**
dies salutis. Nēmī dantes ullam
offensionē. ut n̄ uitupet̄ misterii nr̄m.
S; in oib; exhibeamus nosmetipos. sicut
dei m̄stros. in mlta paciā. in t̄bulacōib;

in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in
carteribus. in seditionibus. in laboribus. in ui-
giliis. in ieiuniis. in castitate. in scientia. in lo-
ganimitate. in suauitate. in spiritu sancto. In
caritate non ficta. in uerbo ueritatis. in uirtute dei.
Parma iusticie a dextris et a sinistris. **P**er
gloriam et ignobilitatem. per infamiam et bonam fa-
mam. **V**t seductores et ueraces. sic qui igno-
ti et cogniti. **Q**uasi morientes et ecce uiuimus.
Vt castigati. et non mortificati. **Q**uasi tris-
tes semper autem gaudentes. **S**ic egentes. mil-
tos autem locupletantes. **T**anquam nichil habentes.
et omnia possidentes. **A**ngelis suis manda-
uit te te ut custodiant te in omnibus uisibus tuis. **I**n ma-
nibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem
pedem tuum. **Q**ui habitat in adiutorio altissimi in
protectione dei celi commorabitur. **D**icet domino suscep-
tor meus es tu et refugium meum deus meus sperabo in
eum. **Q**uoniam ipse liberauit me de laqueo uenan-
tium et a uerbo aspero. **S**capulis suis obumbrabit
tibi et sub pennis eius sperabis. **S**cuto circum-
dabit te ueritas eius non timebis a timore nocturno.
Asagitta uolante per diem a negotio perambulante
in tenebris a ruina et demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis
tibi autem non appropinquabit. **Q**uoniam angelis suis
mandauit te te ut custodiant te in omnibus uisibus tuis.

In manibz portabūt te ne unqz offendas ad lapidem pedem tuū. **S**up aspitem & basiliscum ambulabis & recultabis leonē & draconē. **Q**uoz in me spauit liberabo eū. ptegam eū quoz cognouit nomen meū. **I**nuocauit me & ego exaudia eum cū ipō sum in tribulatione. **E**ripiam eū & glorificabo eū longitudine dierū adimplebo eum & ostendam illi salutare meū. **S. mathēū.**

In illo t. ductus ē ihc in desertū a spū ut temptaret a dyabolo. Et cū ieiunassz quadraginta diebz & quadraginta noctibus. postea eluxit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es. dic ut lapides isti panes fiant. **Q**ui rēdens dixit. **S**criptū est. **N**on in solo pane uiuit homo. s; in omī ūbo qd pcedit de ore dei. **T**unc assumpsit eum dyabolus in sanctā ciuitatē. & statuit eū sup pinnaculū templi. & dixit ei. Si filius dei es. mitte te deorsū. **S**criptū est enī quia angelis suis mandauit de te. & in manibz tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. **R**it illi ihc rursū. **S**criptū est. **N**on temptabis dñm deum tuū. **I**terū assumpsit eū dyabolus in montem excelsum ualde. & ostendit ei oīa regna mūdi & glīam eius. & dixit ei. **H**ec oīa tibi dabo. si cadens adorauis me. **T**uc

12
dicit ei ihc. **V**ade sathanas. Scriptū est enim.
Dñm tuū adorabis. & illi soli serues.
Tunc reliquit eū dyabolus. & ecce angeli ac-
cesserunt. & ministrabant ei. **S**capulis offer
suis obumbrabit tibi & sub pennis eius sperab
scuto circumdabit te uitas eius **S**acrifici **scē**
um quadragesimalis inicij solennit ymo-
lamus te dñe deprecantes. ut cū epularum
restrictione carnaliū. a noxijs quoq; uo-
luptatib; temperem. **P.** **S**capulis suis **cōm**
obumbrabit tibi & sub pennis eius sperabis scu-
to circumdabit te uitas eius **T**ui nos **expln.**
dñe sac̄menti libatio sc̄ta restauret. & a ue-
tustate purgatos. in misterij salutaris &
faciat transire consortiū. **P.** **feria ij. Orō.**

Qonūte nos deus salutaris n̄r et ut no-
bis ieiuniū quadragesimale pficiat
mentes n̄ras celestib; istrue disciplinis. **P.**
Munera dñe oblata sanctifica nosq; **scē**
a pctoz n̄roz maculis emūda. **P.** **S**alu **expl.**
taris tui dñe munie faciati supplices exo-
ramus. ut cuius letam gustu renouemur
effectu. **P.** dñm n̄rm. **feria tertia Oratio.**

Respice dñe familiam tuā & p̄ra. ut a-
pud te mens n̄ra tuo desiderio ful-
geat que se carnis materatione castigat.
P. **O**blatis quīs dñe placare munib; **scē**

et a cunctis nos defende periculis. **Ps. Qs. apl.**
 omnipotens deus. ut illius salutaris capiamus ef-
 fectum cuius propter misericordiam pignus accepimus. **Ps.**

Remiscere miserationum **feria iij. iij. tps**
 tuarum domine in misericordia tua que a seculo sunt ne un-
 quam dixerint nobis inimici nostri libera nos deus israel
 ex omnibus angustiis nostris. **Ps.** Ad te domine levavi animam
 meam deus meus in te confido non erubescam. **Ore?**

Proces nostras que domine **oro.** flectamur ge. le.
 clementer exaudi. et extra cuncta nobis
 aduersantia dexteram tuam maiestatis extende.
Ex diebus illis. Dixit dominus lco libri exodi. Ps.
 ad moysen. Ascende ad me in montem. et esto
 ibi. Daboque tibi duas tabulas lapideas.
 et legem ac mandata que scripsi. ut doceas
 filios israel. Surrexerunt autem moyses et iohannes
 minister eius. ascendensque moyses in montem
 dei senioribus ait. Expectate hic donec ve-
 tamur ad vos. Habetis aaron et hur vo-
 biscum: siquid natum fuerit questionis re-
 feretis ad eos. Cumque ascendisset moyses o-
 peruit nubes montem. et habitavit gloria domini super
 sinai tegens illum nube sex diebus. Septimo
 autem die uocauit eum dominus de medio caligi-
 nis. Erat autem spes glorie domini quasi ignis ar-
 dens super iuticem montis in respectu filiorum
 israel. Ingressusque moyses medium nebule:

ascendit in montē. Et fuit ibi quadraginta
diebꝫ: ⁊ quadraginta noctibꝫ. **T**ribula gr̄
tiones cordis mei dilatate sunt de necessitatibꝫ
meis eripe me dñe. **V**ide humilitatē meā ⁊ la-
borem meū ⁊ dimitte oīa p̄ta mea **huc dī dñs**

Deuotionem **Orō.** uobiscū **sine** flectā ge-
populi tui quīs dñe benignus inten-
de. ut qui p̄ abstinenciā macerant in corpe
p̄ fructū boni opis reficiant in mente. **p.**
In diebꝫ illis. Venit helyas **L. libri regum**
in bersabee iuda. ⁊ dimisit ibi puer suū.
⁊ prexit in desertū uia vniuers diei. Cūqꝫ
uenisset ⁊ sedet sub vna iuniperi. petiuit
aīe sue ut moriet. ⁊ ait. Sufficit michi dñe
tolle queso aīam meā. **N**eqꝫ enī melior
sum qm̄ p̄es mei. **P**recitqꝫ se. ⁊ obtormi-
uit ibi in umbra iuniperi. Et ecce angls
dñi tetigit eū. dixitqꝫ illi. Surge comede.
Et respexit. Et ecce ad caput suū subcine-
tia panis. ⁊ uas aque. Comedit ergo ⁊
bibit. ⁊ rursum obtormiuit. **R**euisusqꝫ est
angelus dñi secundo ⁊ tetigit eū. dixitqꝫ
illi. Surge comede. grandis enī tibi restat
uia. **Q**ui tū surrexisset. comedit et bibit.
et ambulauit in fortitudine tibi illius
quadraginta diebꝫ ⁊ quadraginta nocti-
bus. usqꝫ ad montē dei oreb. **D**e ne **titt?**

cessitatibz meis eripe me dñe uide humilitatē me-
am & laborem meū & dimitte oīa p̄ta mea. **Ad te**
dñe leuaui aiām meā d̄s n̄s in te & fido n̄ erube-
scam neq; irideant me inimici mei. **Etenū** vni-
ūsi qui te expectant n̄ & fundent & fundant om̄es
facientes uana. **Secundum Matheum.**

In illo t̄. Accesserunt ad ihm scribe & pha-
risei dicentes. Magister uolum' a te signū
uidere. Qui r̄ndens ait illis. Generatio ma-
la & adultā signū querit. & signū nō dabit
ei nisi signū iōne p̄ph̄e. Sicut enī iōnas
fuit in uentre ceti tribz diebz & tribz nocti-
bus: sic erit filius hōis in corde t̄re tribz
diebz & tribz noctibz. Viri ninuute surget
in iudicio cum genatione ista & redemna-
bunt eam. quā p̄niaz egerūt in p̄dicati-
one iōne. Et ecce plus q̄ iōna hic. Regina
austri surget in iudicio cū genatione ista
& redemnabūt eam. quia uenit a finibus
terre audire sapiam salomonis. Et ecce
plusq; salomon hic. Cum aut̄ immūdus
sp̄s exierit ab hōie. ambulat p̄ loca ari-
da & inaquosa. querens requiē & nō inue-
nit. **Tunc** dicit. Reuertar in domū meam
unde exiui. Et ueniens inuenit eam ua-
cantē scopis mūdātā & ornatā. **Tunc** ua-
dit & assumit secū septem alios sp̄s neq;

ores se. & intrantes habitant ibi. Et fuit nouis-
 sima hominis illius. peiora prioribus. Sic erit et
 generationi huic pessime. Adhuc eo loquente
 ad turbas. ecce mater eius & fratres stabant for-
 ris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam.
 Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes
 te. At ipse respondens. dicenti sibi ait. Que est
 mater mea. & qui sunt fratres mei? Et extendens
 manum in discipulos suos. Ecce mater mea
 & fratres mei. Quicumque enim fecit uoluntatem
 patris mei qui in celis est. ipse meus frater & soror
 & mater est. **M**editabor in mandatis tuis **offer-**
 que dilexi ualde & leuabo manus meas ad man-
 data tua que dilexi. **H**ostias tibi domine **lecte**
 placationis offerimus ut et delicta nostra &
 miseratus absoluas. & inuitancia corda tu
 dirigas. **P.** **I**ntellige clamorem meum intende **com-**
 uoci orationis mee rex meus & deus meus quoniam ad
 te orabo domine. **T**ui domine preceptione facta **expli-**
 menti & a nostris mundum occultis & ab hosti-
 um liberem insidijs. **P.** **M**entes **supplicin-**
 nostras quoniam domine lumine tue claritatis illu-
 stra. ut uidere possim que agenda sunt.
 & que recta sunt age ualeam. **P.** **Feria quinta**
Deuotionem populi tui quoniam domine beati **oro.**
 gnus intende ut qui per abstinentiam
 macerant in corpore per fructum boni operis resi-

ciant in mente. **P.** **S**acrificia dñe q̄s **lect̄**
 p̄picius ista nos saluent. que medicina
 libus sunt instituta ieiunijs. **P.** **Quo** **apl'**
 rum nos dñe largire donoz. ⁊ t̄palibus
 attolle p̄sidys. ⁊ renoua sempit̄nis. **P.** **Feria**

Deneccitatibz meis eripe me dñe uide **vi.**
 humilitatē meā ⁊ laborē meū ⁊ dimitte oīa
 p̄ta mea. **Ad** te dñe leuaui aīam meā d̄s meus

Esto dñe p̄picius **oro** in te ⁊ fido n̄ erubescas
 plebi tue. ⁊ quā tibi facis esse deuotā
 benigno refoue miseratus auxilio. **P.** **lco**

Hec dicit dñs d̄s. **Nia** **ezechiel' pphete**
 que peccauit. ip̄a moriet. filius nō
 portabit iniquitatē p̄ris. ⁊ p̄r n̄ portabit i
 iquitatē filij. iusticia iusti sup eū erit. et
 impietas impij erit sup eum. Si autē im
 pius egerit p̄nāz ab omnibz p̄tis suis
 que opatus est. ⁊ custodierit om̄ia pre
 cepta mea. ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiaz. uita
 uiuet et nō moriet. **O**mniū iniquitatū ei?
 quas opatus ē nō recordabor. **I**n iusticia
 sua quaz opatus ē uiuet. **Qu**quid uo
 luntatis mee est. mors impij dicit dñs
 d̄s. ⁊ nō ut euitat' a uis suis ⁊ uiuat. **S**i at
 auiterit se iustus a iusticia sua ⁊ fecit ini
 quitatē sc̄dm om̄s abhominaciones q̄s
 operari solet impius nūquid uiuet. **D**ēs

in iusticie eius quas fecerat nō recordabunt.
In p̄uaricatione sua qua p̄uaricatus ē. ⁊
in p̄cto suo qđ peccauit in ipsis monetur.
Et dixistis. Non ē equa uia dñi. Audi-
te ergo domus isrl. Nūquid uia mea n̄
est equa. ⁊ nō magis uie ur̄e prave sunt.
Cum enī auerit se iustus a iusticia sua ⁊
fecerit iniquitatē monet in eis. ⁊ in iniu-
sticia quā opatus ē monet. Et cū auertit
se impius ab impietate sua quā opatus
est. ⁊ fecit iudiciū ⁊ iusticiā. ip̄e aīam suam
uiuificabit. Considerans enī ⁊ auertens se
ab omnib; iniquitatib; suis quas opat⁹
est. uita uiuet ⁊ nō mouet. **Aut dñs om̄ps.**

Saluū fac seruu tuū d̄s m̄s sperante in te **gr**

S. Aurib; p̄cipe dñe orōnem meam. **S. iohannē**

Nullo f̄. Erat dies festus iudeor. ⁊ ascen-
dit ih̄c ierlmā. Est aut̄ ierlm̄is p̄batica pi-
scina que cognōiabat̄ hebraice bethsaida.
quiq; porticus h̄ns. In h̄ys iacebat multitu-
do magna languentiū. cecor. claudor. ari-
dor. expectantiū aque motū. Angl̄s aut̄
dñi scđm̄ tempus descendebat in piscinā.
⁊ mouebat̄ aqua. Et qui prior descendiss̄
in piscinā post motionē aque sanus fie-
bat a quacūq; detinebat̄ infirmitate. Erat
aut̄ quidā homo ibi. triginta ⁊ octo ānos

hñs in infirmitate sua. Huc g̃ cū uidiss̃ ih̃c
 iacentē & cognouisset quia multū iam tēp̃
 h̃et. dicit ei. Vis sanus fieri? R̃ndit ei lan-
 guidus. Dñe hōiem nō habeo. ut cū turba-
 ta fuit aqua. mittat me in piscinā. Dū ego
 uenio. alius ante me descendit. Dicit ei ih̃c.
Surge tolle grabatū tuū & ambula. Et sta-
 tim sanus factus ē homo. & sustulit graba-
 tum suū & ambulabat. Erat autē sabbatum
 in illa die. Dicebant ergo iudei illi qui san-
 fuerat effectus. Sabbatū est. nō licet tibi
 tollere grabatū tuū. R̃ndit eis. Qui me
 sanū fecit. ille michi dixit. Tolle grabatū
 tuū & ambula. Interrogauerūt ergo eū. Qs
 est ille homo qui dixit tibi. tolle grabatū
 tuū & ambula? Is autē qui sanus fuerat ef-
 factus. nesciebat quis esset. Ih̃c autē declina-
 uit a turba & stituta in loco. Postea inuenit
 eū ih̃c in templo. & dixit illi. Ecce sanus fa-
 ctus es. iam noli peccare. ne deterius tibi
 aliquid atingat. **A**bit^{at} ille hō & nūciauit
 iudeis q̃a ih̃c esset qui fecit eū sanū. **offer-**
Benedic aīa mea dñm & noli obliuisci om̃s re-
 butiones eius & renouabit sicut aquila iuuent̃
 tua **S**uscipe q̃s dñe muña nr̃is oblata **sc̃r̃**
 seruicij. & tua ppicius dona sanctifica. **p.**
Erubescant & sturbent om̃s inimici mei **cōm.**

aiuant̄ retorsum ⁊ erubescant ualde uelocit̄. *apli*

Per huius dñe opationē misterij ⁊ uicia
nr̄a purgent̄ ⁊ iusta desideria compleant̄.

P. Exaudi nos m̄icors d̄s. ⁊ mē sup pplim
tibus nr̄is gr̄e tue lumen ostende. *P. Sabbo.*

Istet orō mea in aspectu tuo inclina aurem tuā
ad p̄cem meā dñe. *⁊. Dñe d̄s salutis mee in die*
clamaui ⁊ nocte coram te *Orem⁹. Flect. gē. Le. orō.*

Populū tuū qūs dñe p̄pitius respice at-
q; ab eo flagella tue iracundie clemē-
ter auerte. *Per. p̄phetia. 3. Lectio li. de ut̄nomū*

⁊ dieb; illis. Orauit moyses ad dñm dicens.
Respice dñe de sanctuario tuo. ⁊ de excelsis
celor̄ hitaculo. ⁊ benedic pplō tuo isrl̄. ⁊ ter-
ram quā dedisti nobis. sicut iurasti p̄rib;
nr̄is dare terram lacte ⁊ melle manantē. *Au-*
d̄i isrl̄: hodie dñs d̄s tuus p̄cepit tibi. ut
facias mandata eius atq; iudicia. ⁊ custodi-
as ⁊ impleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa
tua. *Dñm elegisti hodie ut sit tibi d̄s. et*
ambules in vīs eius. ⁊ custodias cerimo-
nias illius. ⁊ mandata atq; iudicia. ⁊ obe-
dias eius imperio. *Et dñs elegit te hodie*
ut sis ei pplus peculiaris. sicut locutus est
tibi. ⁊ custodias oīa mandata eius. ⁊ faciat
te excelsiorem cūctis gentib; quas creauit
in laudē ⁊ nomen et gl̄iam suā. ut sis po-

pulus sanctus dñi dei tui. sic locutus ē tibi.

Propicius esto dñe pctis nr̄is neq̄nto dicant **gē**
gentes ubi ē deus eoz **Adiuua nos d̄s salutaris**
nr̄ r̄ p̄t̄ honore n̄ois tui dñe libera nos **Oremus**

Protector nr̄ aspice d̄s **Oro** **flect. gen. 1e.**
ut qui maloz nr̄oz pondere p̄m̄im̄
p̄cepta m̄ia libera tibi mente famulem.

Per dñm **pp̄ha ii. Lctō libri deutronomii.**

In diebz illis. Dixit moyses filius isrl̄
Si custodieritis mandata mea que ego
p̄cipio uobis r̄ feceritis ea. ut diligatis
dñm deū ur̄m. r̄ ambuletis in oibz v̄is
eius adhentes ei. dispartet dñs om̄s gen
tes istas ante faciem ur̄am. r̄ possidebit̄
eas que maiores et fortiores uobis sūt.

Omnis locus quē calcavit pes uest. ur̄
erit. **A** deserto r̄ lybano r̄ flum̄ie maḡ
eufrate usq; ad mare occidentale erunt
termini ur̄i. nullusq; stabit extra uos. **T**er
rorem ur̄m r̄ formid̄inē dabit dñs d̄s
uester sup omnē tram quē calcaturi e
stis. sicut locutus ē uobis. dñs d̄s ur̄. **gē**

Protector nr̄ aspice d̄s r̄ respice sup seruos tuos

d̄s dñe deus uirtutū exaudi p̄ces seruoꝝ tuoz Ore?

Adesto q̄s dñe supplica **Oro** **flect. ge. leū.**
tionibz nr̄is. ut esse te largiente me
amur. r̄ int̄ p̄sp̄era humiles. r̄ int̄ adūsa

securi. p. ppheta iij. *Lectio libri machabeoz.*

In diebus illis. Oratione faciebant sacerdo-
tes dum offerrent sacrificium pro populo israel. io-
natha inchoante. ceteris autem respondens et
dicentibus. Benefaciat vobis deus. et meminerit
testamenti sui. quod locutus est ad abraham
et ysaac et iacob servorum suorum fidelium. Et det
vobis cor omnibus ut colatis eum. et faciatis
eius voluntatem. ~~Ad~~ ^{dominus} aperiat cor vestrum in lege
sua ~~in lege sua~~ et in preceptis suis. et faciat
pacem. Exaudiat dominus orationes vestras. et recon-
ciliet vobis. nec vos deserat in tempore malo.
dominus deus vestrum. **Q**onvertere domine aliquantulum *gr*
et deprecare super servos tuos. **D**omine refugium factus
es nobis a generatione et progenie. *Oremus.* Flecte ge-

Preces populi tui quos domine clementer exau- *oro.*
di. ut qui iuste pro peccatis nostris affligi-
mur. pro tui nominis gloria misericorditer libere-
mur. *p. pphia iij. Lectio libri sapientie*

Miserere nostri domine omnium et respice nos. et
ostende nobis lucem miserationum tu-
arum. et immitte timorem tuum super gentes que
non exquisierunt te et cognoscant quia non
est deus nisi tu. ut enarrant magnalia tua.
Alleluia manum tuam super gentes alienas. ut
videant potentiam tuam. Sicut enim in con-
spectu eorum sanctificatus es in nobis. sic

in aspectu nro magnificaberis in illis. ut cognoscant te sic & nos cognouim? quoz n̄ est d's p̄ter te dñe. Innoua signa et imuta mirabilia. Glorifica manū: & brachium excelsū. Excita furorē: & effunde iram. Extolle adūsarū: & afflige inimicū. Festina tempus. & memento finis. ut enarrēt mirabilia tua dñe deus nr. **O**rigat̄ orō **gē** mea sicut incensū in aspectu tuo dñe. **E**leuatio manuū mearū sacrificiū uesp̄tinū. **O**rem? flect.

Actiones nras quīs domine **O**ro **gē**. **L**e aspirando p̄ueni: & adiuuando p̄leq̄re. ut cuncta nra ^{oro et} opatio & a te semp incipi at. & p̄ te cepta finiat. **p. p̄ph̄ia s̄. l. danielis p̄phete** **A**ngl's dñi descendit **viii. ymnus** **B**enedictus es dñe d's **viii. hic dī dñs uobiscū**

Deus qui tribz piis **oro. sine** flecta' **gē**. mitigasti flammās igniū: & cede p̄pius. ut nos famulos tuos nō exurat flāma uicioz. **p̄ dñm. Ad thessalonitenses**

Ares. Rogamus uos corripite inquietos. consolamū pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. Videte ne quis malū p̄ malo alicui reddat. s; semp qd̄ bonū est sectamū inuicē & in omnes. Semp gaudete. sine intermissione orate. in omnibz grās agite. **Hec**

est enim uoluntas dei in xpo ihu in omnibus
uobis. Spiritum nolite extinguere. prophetias no-
lite spernere. Omnia autem probate. quod bonum est
tenete. Ab omni specie mala abstinete uos.
Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia.
ut integer spiritus uir. et anima et corpus sine quer-
ela in die aduentus domini nostri ihu christi seruetur.

Laudate dominum omnes gentes et collaudate
eum omnes populi. Quod confirmata est super nos misericordia
eius et uitas domini manet in eternum. **Secundum matheum.**

In illo tempore. Assumpsit ihesus petrum et iacobum et
iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem
excelsum seorsum. et transfiguratus est ante
eos. Et resplenduit facies eius sicut sol.
uestimenta autem eius facta sunt alba sicut
nix. Et ecce appuerunt illis moyses et hely-
as cum eo loquentes. Respondens autem petrus. dixit
ad ihesum. Domine bonum est nos hic esse. si uis
faciamus hic tria tabernacula. tibi unum
moysi unum. et helye unum. Adhuc eo loquen-
te. ecce nubes lucida obumbravit eos. Et
ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus. in quo michi bene complacui. ipse
audite. Et audientes discipuli ceciderunt
in faciem suam. et timuerunt ualde. Et acces-
sit ihesus et tetigit eos. dixitque eis. Surgite et
nolite timere. Leuantes autem oculos suos.

neminē uiderunt nisi solū ih̄m. Et descen-
dentibz cū illis de monte. p̄cepit eis ih̄us
dicens. **N**emī dixitis uisionē. donec fili-
h̄ois a mortuis resurgat. **D**ñe deus **offer**
salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te iuret
oīo mea in conspectu tuo dñe **P**resenti **lecti-**
bus sacrificijs quīs dñe ieiunia n̄ra sanc-
tifica. ut qđ obseruancia n̄ra p̄fiteat extrin-
secus. interius op̄et effectus. **P.** **D**ñe **cōm**
d̄s meus in te sp̄aui libera me ab omnibz p̄segu-
tibz me ⁊ eripe me. **S**anctificationibz **ap̄ln.**
tuis om̄ps d̄s. ⁊ uicia n̄ra curent. ⁊ reme-
dia nobis et̄na pueniant. **P.** **F**ide **sc̄ ppl.**
les tuos d̄s benedictio desiderata ⁊ firmet.
que eos ⁊ a tua uoluntate nūq̄ faciat di-
sc̄pare. ⁊ tuis semp indulgeas benefi-
cijs gratulari. **P.** **dominica Secunda i xl.**

Reminiscere miserationū tuarū dñe ⁊ mi-
sericordie tue que a seculo sunt ne unq̄
dñent nobis inimici n̄ri libera nos d̄s
isrl̄ ex omnibz angustijs n̄ris **Ad te dñe leua-**
ui aīam meā d̄s n̄s in te ⁊ fido nō erubescā **oīo**
Deus qui conspicias omni nos iūte
destitui. interius extiusqz custodi-
ut ab omnibz adūsitatibz muniam in
corpore. ⁊ a prauis cogitationibz mūde-
mur in mente. **per. le. b. p. a. ad thessaloiēf**

Res. Rogamus uos et obsecramus
in dño ihu. ut quē admodū accepistis
a nobis quomō uos oporteat ambulare
& placere deo. sic et ambuletis ut habun-
detis magis. Scitis enī que p̄cepta dederū
uobis. p̄ ih̄m xp̄m. Hec est enī uolūtas
dei sanctificatio ūra. ut abstinence uos
a fornicatione. ut sciat unusquisq; ūm
suū uas possidere in sanctificatione & ho-
nore. Non in passione desiderū: sicut et
gentes que ignorant deū. Et neq; sup-
grediat̄ neq; circūueniat in negotio fra-
trem suū. quōz vindex est dñs de hys oī-
bus sicut p̄dixim⁹ uob⁹ & testificati sum⁹.
Non enī uocauit nos d̄s in imūdiā.
sed in sanctificationē. In xp̄o ihu. dño **gr̄**
n̄ro. Tribulationes cordis mei dilatate sūt
de necessitatib; meis eripe me dñe. **Ps̄.** Vide hū-
lilitatem meam & laborē meū & dimitte oīa pec-
cata mea. **Confitemi** dño quōz bonus quōz **fict⁹**
in seculū mīa eius. **Ps̄.** Quis loquet̄ potencias do-
mini auditas faciet om̄es laudes eius. **Ps̄.** B̄ti
qui custodiūt iudiciū & faciūt iusticiā in oī tpe
Ps̄. Memento n̄ri dñe in beneplacito ppli tui ui-
sita nos in salutari tuo. **Ps̄.** Assumpsit ih̄c
xlvi. **M**editabor in mandatis tuis que **offi-**
dilexi ualde & leuabo manus meas ad mandata

tua que dilexi. **S**acrificiis p̄nitibz dñe **lect̄**
 qūs intende placatus. ut et deuot̄i n̄re
 pficiant et saluti. **P.** Intellige clamorē **cōm**
 meū ^{dñe} intende uoc̄i orōnis mee rex m̄s ⁊ d̄s m̄s
 quōz ad te orabo dñe. **S**upplices te ro **apl̄n**
 gamus om̄ps d̄s. ut quos tuus reficis
 sac̄mentis. tibi etiā placitis moribz dig
 nanter deseruire concedas. **P.** **fia. ij. oio.**

Desta qūs om̄pe d̄s: ut familia tua
 que se affligendo carnē ab alimen
 tis abstinet. sectādo iusticiā a culpa ie
 iunet. **P.** **H**ec hostia dñe placatōis **lect̄**
 et laudis. tua nos p̄piciatione dignos ef
 ficiat. **P.** **H**ec nos cōmunio dñe pur **apl̄.**
 get a crimine. ⁊ celestis remedij faciat esse
 sortes. **P.** dñm n̄m. **Feria Tertia. Oratio**

Destice qūs dñe benignus in nobis
 obsecrante sancte subsidij. ut q̄
 te auctore facienda cognouim⁹. te opante
 impleamus. **P.** **S**anctificationē tuā **lect̄**
 nobis dñe hys misterijs placatus opare
 que nos ⁊ a trenis purget uicijs: ⁊ ad ce
 lestia dona pducat. **P.** **U**t factis do **apl̄n.**
 mine reddamur digni munibz. fac nos
 qūs tuis semp obedire mandatis. **P.** **fia**

Ne terelinquas me dñe d̄s m̄s ne di **q̄ta**
 scedas a me intende in adiutorij meū dñe

uitus salutis mee. **D**ñe ne in furore tuo arguas
me neq; in ira tua corripas me. Gloria pñi. **Oro**

Populum tuū dñe p̄picius respice et
quos ab escis carnalib; p̄cipis ab-
stinere a noxijs quoq; uicijs cessare ce-
de. Per dñm nr̄m. **Lectio libri hester.**

In dieb; illis. Oravit hester ad dñm dicens.
Dñe deus rex omp̄ns in ditione tua cun-
cta sunt posita. et non ē qui possit tue resi-
stere uoluntati. Si decreueris saluare nos
et inuoluo liberabimur. Tu enī dñe fecisti celū
et terram: et quicquid celi ambitu retinetur.
Tu es dñs oīm: et nō est qui resistat uolū-
tati tue. Et nūc dñe rex regū d's abrahā
miserere pp̄lo tuo. quia uolunt nos inimici
nr̄i p̄dere. et hereditatē tuam delere. Ne de-
spicias p̄tem tuā quā redemisti tibi s; ex-
audi deprecationē nr̄am. et p̄picius esto for-
ti et funiculo hereditatis tue. et r̄ute luctū
nr̄m in gaudiū. ut uiuentes laudem⁹ no-
men tuum. et ne claudas ora canentiū te.
Dñe deus nr̄. **S**aluū fac pplm tuū dñe et **gr̄**

benedic hereditati tue. Ad te dñe clamaui d's m̄s
ne sileas a me et ero similis testentibus i latū.
In illo t. Ascendens ih̄us **Scdm̄ math̄u.**
i iherl̄imā. assumpsit duodecī discip̄los suos
secreto. et ait illis. Ecce ascendimus i iherl̄imā:

et filius hoīs tradet̄ p̄ncipibz sacerdotū et
 scribis. ⁊ redēnabunt eum morte. Et tra-
 dent eū gentibz ad illudendū. ⁊ flagellan-
 dum. ⁊ crucifigendū. ⁊ t̄tia die resurget. Tūc
 accessit ad eū mater filioꝝ; ebedei cū filiis
 suis. adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Qui
 dixit ei. Quid uis? **R**it illi. Dicunt sedeat
 h̄ duo filij mei. vnus ad dexteram tuam
 ⁊ alius ad sinistram in regno tuo. **R**ndens
 autē ih̄c dixit. **N**estatis quid petatis. **P**ote-
 stis bibere calicem quē ego bibiturus sū?
Dicunt ei. **P**ossumus. **R**it illis. Calicem
 quidem meū bibetis. sedere autē ad dextar
 meā ul' ad sinistram. nō est meū dare uo-
 bis: s; quibz paratū est a p̄re meo. **E**t audi-
 entes decem indignati sunt de duobz fra-
 tribz. **I**h̄c autē uocauit eos ad se. ⁊ ait illis.
Scitis quia p̄ncipes gentiū dñant̄ eoz. et
 qui maiores sunt potestatem exercent in
 eos? **N**on ita erit int̄ uos. s; quicūq; uo-
 luerit int̄ uos maior fieri. sit uest̄ m̄ster.
Et qui uoluerit int̄ uos p̄mus esse. erit ut̄
 seruus. **S**icut filius hoīs nō uenit m̄ni-
 strari s; m̄strare. ⁊ dare aīam suā in redē-
 ptionem p̄ multis. **A**d te dñe leuaui **offer-**
 aīam meā d̄s m̄s in te ⁊ fido n̄ erubescā neq; irride-
 ant me inimici mei etenū vniūsi qui te expectant

nō deficiant. **H**ostias dñe quas tibi **secr**
offerimus ppicius respice. et p̄ hec sancta
et mercia vincula pctōz n̄roz absolue. **p̄.**

Iustus dñs et iusticia dilexit equitatem iudicet **com**
uultus eius. **S**umptis dñe sacramentis **ap̄lin**

celestibz ad redemptionis etne q̄s pficiam̄
augmentū. **p̄.** **D**eus innocentie re **fr̄ pplz**

stitutor et amator dirige ad te tuoz corda
fidelium. ut sp̄s tui feruore accepto. et in
fide inueniant stabiles. et in ope efficaces. **p̄ci.**

Dresta nobis dñe q̄s **feria quinta oio.**
auxiliū gr̄e tue ut ieiunijs et oronibz
inueniam̄ intenti liberem̄ ab hostibz metis
et corporis. **p̄.** **P**resenti sacrificio noi **secr̄t**

tuo nos dñe ieiunia dicata sanctificet.
ut qd̄ obseruancia n̄ra pfiteat̄ extius. intius
opetur effectu. **p̄.** **G**ratia tua nos dñe **ap̄lin**

quesumus n̄ derelinquat. que sacre nos
debitos faciat seruituti. et tuā nobis opem
semp̄ acquirat. **p̄ dñm n̄m. feria sexta.**

Ego aut̄ cum iusticia apparebō conspectu tuo
et faciam̄ dñm manifestabit̄ gl̄ia tua. **Exaudi**
dñe iusticia meam intende deprecationē meam. **oio**

Da q̄s om̄pe d̄s. ut sacro nos purifi
cante ieiunio sinceris mentibz ad
sancta uentura facias puenire. **p̄. lecto li. ge**

7 diebz illis. Dixit ioseph fratribz n̄elis.

suis. Audite somniū meū qđ uidi. Puta-
 bam nos ligare manipulos in agro. et
 quasi resurgere manipulū meū et stare.
 urosq; manipulos circumstantes ado-
 rare manipulū meū. Rndertunt frēs ei.
 Nunquid rex nr̄ eris. Aut subiciemur
 ditioni tue. Hec ergo causa somniorū
 atq; sermonū. inuidie et odij fomite nū-
 strauit. Aliud quoq; uidit somnium.
 qđ narrans fratrib; ait. Vidi p̄ somniū
 quasi solem et lunā. et stellas undeci ado-
 rare me. Qđ cum p̄ suo et fratrib; retu-
 lisset. increpauit eum pater et dixit. Qđ
 sibi uult hoc somniū qđ uidisti. Nun-
 quid ego et mater tua et frēs tui adorabi-
 mus te sup̄ terram. Inuidebant igit̄ ei frēs
 sui. pater uero rem tacitus considerabat.
 Cumq; frēs illius in pascendis gregib;
 patris morarent̄ in sicheem. dixit ad eū
 isrl̄. Fratres tui pascunt oues i siccanis.
 ueni mittā te ad eos. Quo rndente pre-
 sto sum. ait. Vade et uide si cuncta p̄sp̄era
 sint erga frēs tuos et pecora. et renuncia
 michi quid agatur. Missus de ualle he-
 bron. uenit in sicheem. Inuenitq; eū uir
 errantē in agro. et interrogauit quid que-
 reret. At ille rndit. Fratres meos q̄ro.

// Indica michi ubi pascant greges.

Dixitq; ei uir. Recesserunt de loco isto. Au-
diui aut; eos dicentes. Eamus in dothaim.
Prexit ergo ioseph post fratres suos. et in-
uenit eos in dothaim. Qui cum uidissent
eum pcul anteq; accederet ad eos. cogita-
uerunt illu occidere. et mutuo loquebantur.
Ecce somniator uenit. Venite occidam;
eum. et mittam;^{cu} in cisterna ueterē. dice-
musq; fera pessima deuorauit eū. Et
tunc apparebit quid plint illi somnia sua.
Audiens aut; hoc ruben. nitebat; liberare
eum de manib; eor;. et dicebat. Nō int-
ficiamus aīam eius. nec effundam;[?] san-
guinē. s; picite eū in cisterna hanc que
est in solitudine. manusq; uras seruate
innoxias. Hoc aut; dicebat. uolens eum
eripere de manib; eor;. et redere p;ri suo.
Ad dñm cū tribularet clamauī et exaudi **gr̄**
uit me. **D**ñe libera aīam meā a labijs iniquis
et a lingua dolosa. **tr̄ct.?** **D**ñe n̄ scdm p̄ta n̄ra.
Nullo t. d. i. d. s. et turbi. **Scdm matheum.**
iudeor; pabolam hanc. Homo quidam
erat paterfamilias qui plantauit vineā.
et sepe circumfodit eam. Et fodit in ea tor-
cular. et edificauit turrin in medio eius.
et locauit eam agricolis. et p̄gre p̄fectus
est. Cum autē tempus fructuū; appropi-

quasset. misit seruos suos ad agricolas.
 ut acciperent fructus eius. Et agricole app^h
 hensis seruis eius. alium ceciderunt. alium
 occiderunt. alium uero lapidauerunt. Iterum
 misit alios seruos plures prioribus. et fe-
 cerunt illis. **N**ouissime aut misit ad eum
 filium suum dicens. Verebuntur filium meum.
Agricole aut uidentes filium. dixerunt in-
 tra se. **H**ic est heres. Venite occidamus eum.
 et habebimus hereditatem eius. Et apphen-
 sum eum eiecerunt extra vineam. et occiderunt.
Cum ergo uenit dominus vinee. quid faciet
 agricolis illis? **R**espondunt illi. **M**alos male
 prodet. et vineam suam locabit aliis agricolis.
 qui reddent ei fructum temporibus suis. **D**ixit
 illis ihesus. **N**umquam legistis in scripturis.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic
 factus est in caput anguli. a domino factum est
 istud et est mirabile in oculis nostris. **I**deo
 dico uobis. quia auferet a uobis regnum
 dei. et dabitur genti facienti fructus eius.
Et qui ceciderit super lapidem istum. confringe-
 tur. **S**uper quem uero ceciderit. sternetur eum. **E**t
 cum audissent principes sacerdotum et pha-
 risei parabolas eius. cognouerunt quod de
 ipsis diceret. **E**t querentes eum tenere ti-
 muerunt turbas. quoniam sicut prophetam eum

// dñe i auxiliū
meū respice //

habebant. **D**ñe in auxiliū meū respice offer-
fundant & reuerant qui querūt aīam meā ut au-
ferant eam. **N**ec in nobis sacrificia dñs **sc̄r̄**
& actione p̄maneat & opatione firment. **p.**

Cu dñe seruabis nos & custodies nos a ge **com**
nacione hac in eū. **R**acnos q̄s dñe **expl̄.**
accepto pignore salutis et̄ne sic tendere cō-
gruent. ut ad eam puenire possim. **p. sup**

Da qūs dñe pp̄lo tuo salutē mentis **pp̄lm.**
& corp̄is. ut bonis opib; inhendo. tue sēp
ūtutis meatur p̄tectione defendi. **p. Sabbō**

Da qūs dñe nr̄is effectū ieiunij sa **oio**
lutarem. ut castigatio carnis assum-
pta. ad nr̄arū uegetationē transeat aīaz.
p. Hys sacrificijs dñe accede placatus **sc̄r̄**
ut qui pp̄ijs oramus absolui delictis. nō
grauem̄ et̄nis. **p. S**ac̄menti tui dñe **expl̄.**
diuina libatio penetrālia nr̄i cordis ifun-
dat. & sui p̄ticipes potent̄ efficiāt. **p. Dñica**

Oculi mei semp ad dñm **Tertia in xl̄^{ma}**
quōz ip̄e euellet te laqueo pedes meos re-
spice in me & miserere mei quōz vnicus &
paup sum ego. **v.** Ad te dñe leuaui aīaz meam
dñs meus in te confido non erubescam. **Oratio**

Quesum̄ om̄ps dñs uota humiliū re-
spice atq; ad defensionē nr̄am dextā;
tue maiestatis extende. **p. Ad ephesios.**

Files. Estote imitatores dei. sicut filij
 km̄i. ⁊ ambulate in dilectione sicut
 et xp̄us dilexit nos. ⁊ tradidit semetip̄m
 p̄ nobis oblationē ⁊ hostiam deo in odore
 suauitatis. Fornicatio autē ⁊ oīs immūdi-
 tia aut auaricia nec noīet in uobis sicut
 decet sanctos. aut turpitudō. aut stultilo-
 quū. aut scurrilitas que ad rem n̄ ptinet.
 s; magis gr̄az actio. Hoc autē scitote intel-
 ligentes. q̄ omnis fornicator. aut imūdus
 aut auarus qd̄ ē ydolorū seruitus non h̄t
 hereditatem in regno xp̄i dei. Nemo uos
 seducat in anib; uerbis. p̄t hoc enī uenit
 ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo
 effici p̄ticipes eorū. Eratis enī aliquādo tē-
 nebre. nūc autē lux in dño. ut filij lucis
 ambulate. Fructus enī lucis ē in omni
 bonitate ⁊ iusticia ⁊ iūitate. **Exurge gr̄**
 dñe nō p̄ualeat homo iudicent̄ gentes in espe-
 ctu tuo. **In** conuētento inimicū meū retrosum
 infirmabunt ⁊ peribūt a facie tua **Tractus.**
Ad te leuaui oculos meos qui habitas in ce-
 lis. **Et** sicut oculi seruorū in manib; dñorū
 suorū. **Et** sicut oculi ancille in manib; dñe
 sue. **Ita** oculi nr̄i ad dñm deū nr̄m donec mi-
 serereatur nobis. **Miserere** nobis dñe misere-
 re nobis. **Secundum L u c a m.**

Nullo t̄. Erat ih̄c eiciens demoniū. ⁊ illud
erat mutū. Et cū eiecisset demoniū locut⁹
est mutus. ⁊ admirate sunt turbe. Quidā
autē ex eis dixerunt. In belzebub principe de-
monioꝝ. eicit demonia. Et alij temptantes.
signū de celo querebant ab eo. Ip̄e autē ut
uidit cogitationes eoz. dixit eis. Om̄e re-
gnū in seipm̄ diuisum desolabit. ⁊ dom⁹
sup̄ domū cadet. Si autē et sathanas in se-
ipm̄ diuisus ē. quomō stab⁹ regnū ip̄ius.
quia dicitis in belzebub eicere me demoia.
Si autē in belzebub eicio demonia. filiū ur̄i
in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices ur̄i erūt.
Porro si in digito dei eicio demonia. p̄fec-
to uenit in uos regnū dei. Cum fortis
armatus custodit atriuū suū. in pace sunt
oīa que possidet. Si autē fortior illo sup̄uei-
ens uicerit eū. uniuersa arma ei⁹ aufert in q̄-
bus confitebat. ⁊ spolia eius distribuet. Q̄
nō est meū aduisum me ē. Et qui n̄ colli-
git meū dispergit. Cū immūdus spirit⁹
exierit ab hoīe ambulat p̄ loca inaquosa.
querens requiē ⁊ nō inueniens dicit. Re-
uertar in domū meā unde exiui. Et cum
uenit. inuenit scopis mūdātā ⁊ ornātā.
Et tūc uadit ⁊ assumit septē alios spirit⁹
secū nequiores se. ⁊ ingressi habitant ibi.

Et fuit nouissima hoīs illius peiora prio-
ribz. Factū est aut̄ cum hec diceret. Extollens
uocem quedā mulier de turba. dixit illi.
Beatus uenit̄ qui te portauit: ⁊ ubera que
suxisti. At ille dixit. Quin ymo: beati qui
audiūt uerbum dei: ⁊ custodiūt illud. **offer**

Iusticie dñi recte letificantes corda ⁊ iudicia eius
dulciora sup mel ⁊ fauū nam ⁊ seruus tuus custo-
dit ea. **H**ec hostia dñe quis emūdet no **sec̄**
stra delicta. ⁊ ad sacrificiū celebrandū sub-
ditoꝝ tibi corpora mentesq; sanctificet. **P.**

Passer inuenit sibi domū ⁊ turtur nidū ubi **co.**
reponat pullos suos altaria tua dñe ututū rex
meus ⁊ deus n̄s beati qui h̄tant in domo tua do-
mine in seculum seculi laudabūt te. **A** cū **apl'**
ctis nos quis dñe reatibz ⁊ piculis ppiciat?
absolue. quos tanti misterij tribuis esse
participes. **P** dñm n̄m. **feria secunda oio**

Quordibz n̄ris quis dñe grām tuā be-
gnus infunde. ut sicut ab elc̄is car-
nalibz abstinem? ita sensus quoq; n̄ros
a noxijs retraham? excessibz. **P.** **M** un? **sec̄**
qđ tibi dñe n̄re seruitutis offerim? tu sa-
lutare nobis pfice sacramentū. **Per. aplin.**

Presta qđ om̄p̄ ⁊ m̄icors d̄s. ut que ore
tingimus pura mente capiam? **P.** **fiā. iij**

A xaudi nos om̄p̄ ⁊ m̄icors d̄s. **Oio.**

et retinencie salutaris. ppicius nobis dona
concede. **P.** Per hec ueniat q̄s dñe sac̄ **sc̄**
menta n̄re redemptionis effectus. q̄ nos
r̄ ab humanis retrahat semp̄ excessibz. r̄
ad salutaria cūcta pducat. **P.** **Sacris apln.**
dñe misteris expiati. r̄ ueniam q̄s r̄leq̄
mur r̄ gr̄am. **P.** dñm n̄rm. **feria Quarta.**

Ego aut̄ in dño sp̄abo exultabo r̄ letabor in
tua m̄ia quia respexisti humilitatē meaz
S. In te dñe sp̄au nō r̄fundar̄ in et̄nū in iusticia

P. presta nobis q̄s dñe **oro** tua libera me ^{et eripe}
ut salutaribz ieiuniis eruditi a noxi
is quoq; uicis abstinentes. ppiciationez
tuam facilius impetrem? **P.** **libri exodi**

Hec dicit dñs d̄s. Honora patrem tuū
r̄ matrem tuā. ut sis longenus super
fram. quā dñs d̄s tuus dabit tibi. **Nō** oc
cides. nō mechaberis. nō furtū facies. nō
loqueris r̄tra pximū tuū falsum testio?
nō r̄cupisces domū pximi tui. nec desida
bis uxorem eius. non seruū nō ancillam.
nō bouē nō asinū. nec oīa que illius sūt.
Cunctus aut̄ ppl̄us audiebat uoces r̄ ui
debat lampades r̄ sonitū buccine. mon
temq; fumigantē. Et p̄territi ac pauore
r̄cussi steterunt p̄cul. dicentes moȳsi. Lo
quere tu nobis r̄ audiem? nō loquat̄ nō

bis dñs. ne forte moriam. Et ait moyses ad
 pplm. Nolite timere. ut enī pbaret uos
 uenit dñs. et ut terror illius esset in uobis.
 et nō peccaretis. Stetitq; pplius delonge moy-
 ses autē accessit ad caliginē in qua erat dñs.
 Dixitq; p̄terea dñs ad moysen. Hec dices
 filius israhel. Vos uidistis qđ de celo locutus
 sum uobis. Non facietis deos aureos. n̄
 deos argenteos facietis uobis. altare de
 terra facietis michi. et offeretis sup illud
 holocausta et pacifica uia. oues uias et boues
 in omni loco in quo memoria fuit nomis
 mei. **M**iserere michi dñe quoz infirmus sum **gr̄**
 sana me dñe **v̄**. Conturbata sunt oia ossa mea et
 anima mea turbata est ualde. **Scdm matheū.**
In illo t. Accesserūt ad ihm ab ierlumis
 scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli
 tui transgrediūt traditiones seniorū. **Nō**
 enī lauant manus suas. cū panē mandu-
 cant. **I**psē aut r̄ndens ait illis. Quare et
 uos transgredimū mandatū dei p̄t tradi-
 tionez ur̄am. **N**am dñs dixit. Honora pa-
 trem tuū et matrē. et qui maledixit p̄i uel
 m̄ri morte moriat. Vos aut dicitis. Qui
 cūq; dixit p̄i uel m̄ri mun' qđcūq; est ex
 me tibi p̄terit. et nō honorificauit patres
 suū aut matrem suā. et irritū fecistis man-

datū dei p̄t̄ traditionē ūam. **V**poctite be-
ne p̄phetauit de uobis ysaias dicens. **Po-**
pulus hic labijs me honorat. cor at̄ eor̄
longe ē a me. **S**ine causa aut̄ colunt me.
docentes doctrinas & mandata hominū.
Et conuocatis ad se turbis. dixit eis. **Au-**
dite & intelligite. **N**on q̄d intrat in os co-
inquinat hominē. s; q̄d p̄cedit ex ore hoc
coinquinat hoīem. **T**unc accedentes disci-
puli eius. dicunt ei. **S**cis quia p̄her̄ audi-
to hoc ūbo scandalizati sunt. **A**t ille r̄n-
dens ait. **O**mnis plantatio quā nō plan-
tauit p̄r̄ meus celestis. eradicabit̄. **S**inite
illos. ceci sunt duces cecor̄. **C**ecus autez
si ceco ducatu p̄stet. ambo in foueā ca-
dunt. **R**ndens aut̄ petrus. dixit ei. **E**disse
nobis p̄bolam istam. **A**t ille dixit ei.
Ad huc & uos sine intellectu estis. **N**on
intelligitis. quia om̄e q̄d in os intrat ī
uentrem uadit. & in secessum emittitur.
Que aut̄ p̄cedunt de ore de corde exeunt.
& ea coinquinat hoīem. **D**e corde enī exe-
unt cogitationes male. homicidia adul-
teria. fornicationes. furta. falsa testimo-
nia. blasphemie. **H**ec sunt que coinquī-
nant hoīem. **N**on lotis autez manibus
manducare. nō coinquinat hoīem. **offer**

Dñe fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum quia
suavis est misericordia tua. **S**uscipe quoniam domine preces **scilicet**
populi tui cum oblationibus hostiarum et tua mi-
steria celebrantes. ab omnibus nos defen-
de periculis. **P.** **N**otas michi fecisti vias **com-**
mune adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. **apl.**

Sanctificet nos domine qua passus sum mensa
celestis. et a cunctis erroribus expiatus. su-
pernis promissionibus reddat acceptos. **P.**

Concede quoniam omnipotens deus. ut qui pro **sup** populi
protectionis tue gratiam querimus. liberati a
malis omnibus securi tibi mente seruiamus. **P.**

Magnificet te domine sanctorum **feria quinta oratio.**

Matorum cosme et damiani beata solenni-
tas. qua et illis gloriam sempiternam et operum
nobis ineffabili providentia contulisti. **P. scilicet**

In tuo domine precioso amore sacrificium istud offe-
rimus sanctificandum ex quo sancti amoris sum-
psit omne principium. **P.** **S**it nobis domine sa- **apl.**

cramenti tui ^{precepto} certa saluatio. que cum beatorum
mirum tuorum cosme et damiani mitis im-
plorat. **P** dominum nostrum. **feria sexta. Introitus**

Hac mecum domine signum in bonum ut videant quod
me oderunt et confundant quoniam tu domine adiu-
uisti me et solatus es me. **V.** Inclina domine aures

tuas et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego.

Tu omnia nostra quoniam domine benigno favore **oratio**

// et in tuo nomine ab omnibus venerabiliter celebratur et sumitur. //

psequere. ut sicut ab alimentis abstine-
mus in corpe. ita a uicijs ieiunemus in
mente. **pet dñm n. Lectio libri numeri.**

In diebus illis. Conuenerunt filij isrl' ad
moysen & aaron. & uisi in seditione dice-
runt. Da nobis aqua ut bibam? Ingres-
susq; moyses & aaron dimissa multitudo
ante tabernaculu federis. conuerſi pñi
in terram. clamaueruntq; ad dñm atq; dice-
runt. **D**ñe d's exaudi clamore ppli hui?
& aperi eis thesauru tuu fonte aque uiue.
ut ^{cesset} faciat^{ur} murmuratio eoz. Et apparuit
glia dñi sup eos. locutusq; e dñs ad moy-
sen dicens. Tolle uigam & egrega pplm
tu & aaron frat tuus. & loquimur ad petra
coram eis. & illa dabit aquas. Cuiq; edu-
xeris aqua de petra. bibet ois multitudo
& iumenta eius. Tulit ergo moyses uir-
gam que erat in respectu dñi sicut pcepe-
rat ei. egregata multitudine. ante petra
dixitq; eis. **A**udite rebelles & increduli.
Num de petra hac uobis aqua poterim?
eicere? Cuiq; eleuass; manu moyses pec-
ciens uiga bis silicem. egressse sunt aque
largissime. ita ut plus bibet et iumenta.
Dixitq; dñs ad moysen & aaron. **Q**uia
no credidistis michi ut sanctificaretis

me coram filijs isrl. nō introducetis hos
 p̄plos in terram quā dabo eis. Hec est aqua
 traditionis ubi iurgati sunt filij isrl. et
 dñm. et sanctificatus est in eis. **In deo gr̄**
 spauit cor meū et adiutus sum et refloruit caro
 mea et ex uoluntate mea exitebor illi. **Ad te dñe**
clamabo d̄s meus ne sileas et ne discedas a me.
In illo t̄. Venit ih̄c in ciuitatē s̄. matheū.
 samarie que dicit sichar. iuxta prediū qd̄
 dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem
 ibi fons iacob. Ih̄c ergo fatigatus ex iti-
 nere. sedebat sic sup fontē. Hora erat q̄si
 sexta. uenit mulier de samaria. haurire a-
 quam. Dicit ei ih̄c. Da michi bibere. Disci-
 puli aut̄ eius abierant in ciuitatē: ut ci-
 bos emerent. Dicit ergo ei mulier illa sa-
 maritana. Quomō cum tu iudeus sis et
 bibere a me postis. que sum mulier sa-
 maritana. Non enī contunt iudei sa-
 maritanis. Respondit ih̄c. et dixit ei. Si scires
 donū dei. et quis ē qui dicit tibi da michi
 bibere. tu forsitan petisses ab eo et dedisset
 tibi aquā uiuam. Dicit ei mulier. Dñe.
 neq; in quo haurias habes. et puteus al-
 tus est. Unde ergo habes aquā uiuam.
 Nunquid tu maior es p̄re nr̄o iacob qd̄
 dedit nobis hunc puteum. et ip̄e ex eo bi-

bit et filij eius et pecora. **R**ndit ihc et dixit
ei. **O**mnis qui biberit ex aqua hac siciet
iteru. **Q**ui aut biberit ex aqua qua ego da-
bo no siciet in etnu. s; aqua qua ego dabo
ei fiet in eo fons aque salientis in uitam
etnam. **D**icit ad eu mulier. **D**ne da michi
hanc aqua ut no sicia neq; uenia huc hau-
rire. **D**icit ei ihc. **V**ade uoca uiru tuu. et ueni
huc. **R**ndit mulier. et dixit. **N**o habeo ui-
rum. **D**icit ei ihc. **H**ene dixisti quia no ha-
leo uiru. **Q**uq; eu uiros habuisti. et hunc
que habes non e tuus uir. **H**oc ue dixisti.
Dicit ei mulier. **D**ne uideo quia ppha es
tu. **P**atres nei in monte hoc adorauerunt.
et uos dicitis quia iherlmis est locus ubi
adorare oportet. **D**icit ei ihc. **M**ulier crede
michi. quia uenit hora qn neq; i monte
hoc neq; in iherlmis adorabitis patre. **V**os
adoratis qd nescitis. nos adoramus qd scimus.
quia salus ex iudeis e. **S**i uenit hora et nuc
est. qn ueri adoratores adorabunt patre in
spu et uitate. **N**am et pi tales querit. qui
adorent eu. **S**pūs est deus et eos qui ado-
rant eum in spu et uitate oportet adorare.
Dicit ei mulier. **S**cio quia messyas uenit
qui dicit xpc. **C**um ergo uenit ille nobis
annuciabit oia. **D**icit ei ihc. **E**go sum q

loquor tecū. Et continuo uenerūt discipuli.
 et mirabantur quia cū muliere loquebatur.
 Nemo tamen dixit. quid queris. aut quod
 loqueris cum ea. Reliquit uero ydriam
 suam mulier et abiit in ciuitatē. et dixit illi
 hominibus. Venite et uidete hominem qui dixit
 michi oīa quecūque feci. Nunquid ipse est
 xpc? Exierunt ergo de ciuitate. et uenie-
 bant ad eum. Interea rogabant eū disci-
 puli eius dicentes. Rabbi manduca. Ille
 autē dixit eis. Ego cibum hęcō manduca-
 re quē uos nescitis. Dicebant ergo disci-
 puli eius ad inuicem. Nunquid aliquis
 attulit ei manducare? Dicit eis ihc. Me-
 cibus est. ut faciam uoluntatē eius qui
 misit me. ut perficiam opus eius. Rōne
 uos dicatis quod adhuc quatuor menses
 sunt. et messis uenit. Ecce dico uobis. le-
 uate oculos uōros. et uidete regiones. quā
 albe sunt iam ad messem. Et qui metit
 mercedem accipit. et congregat fructū in ui-
 tam eternam. ut et qui seminat. sil' gaude-
 at. et qui metit. In hoc enī est ūbum uerū.
 quia alius ē qui seminat. et alius ē qui
 metit. Ego misi uos metē. quod uos non
 seminastis. Alii laborauerūt. et uos in la-
 bores eorū introistis. Ex ciuitate autē illa

multi crederunt in eum samaritanorum propter
verbum mulieris testimonium prohibentis. quia
dixit michi omnia quae quae feci. Cumque uen-
issent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum
ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.
Et multo plures crederunt propter sermo-
nem eius. et mulieri dicebant. Quia iam
non propter tuam loquelam credimus? ipsi enim
audiuimus et scimus. quia hic est uere salua-
tor mundi. **I**ntende uoti orationis mee rex **offer**

meus et deus meus quomodo ad te orabo domine. **lect**
Respice domine propitius ad munera que sa-
cramus. ut et tibi grata sint nostra ieiunia
et nobis salutaria semper existant. **p. com.**

Qui biberit aquam quam ego **da**do **et** dicit dominus sa-
maritane fiet in eo fons aque salientis in uita
eterna. **H**uius nos domine preceptio sac-
ramenti mundet a crimine et ad celestia regna
